Venditor cū rem vēdiderit teneat ꝓmittere emptori. q̄ si qs eā rem eui cerit. id ē ꝓbauerit esse suā. de restituēdo qđ eo nomine recepit et vocat ista cautio. euictiōis stipulatio. Est ergo euictio. empte rei vel ex alia iusta cā accepte per iudicis sentētiā abductio: vl alio euincente cause amissio. Hec eīm necessariū est semp rem abduci vt videat euicta. ſ. e. l. euicta. §. j. Ad hoc aūt vt quis possit agere de euictiōe. tria debent interuenire. ꝓximo q̄ ꝓcesserit ꝓtract⁹ ad hoc abilis. Scōo q̄ stipulatio ō euictiōe sit interposita. Tertio q̄ res sit euicta. Si igit emptori libri. equi. vel predij. vl alicui⁹ rei lis mouet: debet hoc venditori denūciare. l. emptor fundi. C. e. ti. et req̄rat eū vt ipm defendat. l. si rem. §. fi. ſ. e. Et vt assit cause. et causaz instruat. puta dando instrumēta vel testes. vel alia ad causaz facientia vel vtilia si q̄ habet. Nisi eīm hoc fecerit emptor: nō pt agere de euictiōe etiaz re euicta. Fallit hoc vbi ꝑ venditorē steterit quo min⁹ ei denūciet. vel vbi ignoret venditor. l. si ideo. §. ꝓsenti. ſ. e. Sunt autem q̄dam cause in q̄bus venditor emptori duplā ꝓmittere debet. si nō aliud ꝓuenerit. Sed nō intelligamus hoc ex oīi re necessariū fore. sed de his rebus que ꝓciosiores essent: puta si margaritas. vel ornamēta ꝓciosa: vel vestes sericas. vl q̄d aliud nō cōtemptibile. id est magni valoris qs vendiderit. In alijs aut rebus fit stipulatio simple.

De exceptione rei vendite.

Cōtigit aliq̄n q̄ postq̄ venditor rem vendidit ipe vel alius qui ei simi lis sit. conatur eandem ab emptore euincere. id est repetere. Cōtra quos emptor opponere potest exceptionem rei vendite et repellere ipm venditorem quādo eius mādato alius vēdidit. vel etiam si ipe venditor per se. postea vellet vendicare. id est ꝓbare esse suaz. Et habet qs hanc exceptionem. etiam si res nōdū fuerit tradita dūmō possessionez sine vicio nactus fuerit. Et ꝓdest exceptio rei vendite et tradite. non tm ei cui res est tradita. Sed etiam successoribus eius et scōo emptori.

Liber vicesimussecūdus

De vſuris ⁊ fructibus et cauſis ⁊ omnibus acceſſionibus et moza.

a Accedit quãdoq; ꝙ ad ꝑncipales petitiões ſiue ꝑſonales ſint ſiue reales aliquid aliud ꝓter ſortem. id eſt debitum ꝑncipale peti poteſt. de quo tractaꝫ hoc ti. Et ꝓmo de vſuris. que ſeꝝ ex pecunia ꝓueniunt. et ꝺz acceſſio ciuilis. qz extra coꝛpus venit Item et de fructibus ſeꝝ ꝑdiozum que eſt naturalis acceſſio vt. ī. de ℣. ſig. l. vſura pecunie. Item et de cauſa vt de partu et ꝓmo ⁊ ſequentib⁹ vt. ī. e. l. equis. Item de omnibus acceſſionib⁹ ſeꝝ ꝑdictis et alijs. qz non eſt nouũ poſt ſpecialia generale ſubijci verbum. ſ. ad. l. acquiſ. l. ſi ſeruus. §. inquit. Item quia occaſione moze. id ẽ ne negligẽtia debitoꝛis ꝑdicta eueniunt. dicit etiã de moza Et intelligiꝫ moza fieri non ex re ſed ex ꝑſona: ſi interpellatus opoꝛtuno loco qui3 non ſoluerit dicit eſſe in moza. Et eſt ſciendũ ꝙ olim de iure ciuili vſure omnes erãt ꝓmiſſe. hodie autez ex quo leges in materia ī ſenti non dedignanꝫ imitari ſacros canones vt in auꝫ. de eccle. ti. §. i. colꝫ. ix. Jõo dicimus ꝙ etiaz hodie de iure ciuili vſure ſunt ꝓhibite. Eſt autem vſura quic ꝙid vltra ſortem accipitur. vbicũq; em̃ amplius reqꝛitur ꝙ quod datur. etiã ſi ſit eſca vel veſtis vel alia res vilis etiã q̃ nõ cõſiſtat in pecunia que accedit ſozti ꝑncipali: quodcũq; nomen ei imponas: vſura eſt Contra quod clamat diuina auctoꝛitas Mutuũ dantes nihil inde ſperãtes. c. ꝓſuluit. de vſuris. Et cõmittitur vſura in his rebus in q̃bus eſt mutuũ. id eſt que conſiſtunt in pondere. numero ⁊ menſura. In aliis autem rebus puta equo vel domo aut libzo. licitum ẽ recipere ſortem ⁊ lucrum. quia ī his non tranſfertur dominiũ. ſicut in mutuo: in quo res ſtatim eſt ꝑiculo eius qui accepit. Ergo incõueniens eſſet. ſi alias ꝓ tali re aliquid pando graꝫuetur. In ſex autem caſib⁹ non cõmittitur vſura Primo fauoze eccl̃ie. de vſur. c. i. ⁊. c. cõqueſtus. Secũdo cum fideiuſſoꝛ ſoluit ſortem ⁊ vſuras. ꝑt petere vſuras a ꝑncipali. de fideiuſ. c. conſtitutis. Tertio cum pena petitur ꝓter ſortem. xij. q. ij. legibus. Quarto cum petitur vſura tanq̃ intereſſe. vt dicit glo. in dic. c. cõqueſtus. ⁊ in. l. eos. C. e. Quinto cum recipit aliq̃d ꝓ re que nõ cõſiſtit in numero põdere vel menſura. vt ſupza dixim⁹ Sexto rõne incertitudinis. ꝺ vſur. c. in ciuitate. Et dicit vſura. quia vſus rei venditur. ⁊ ꝓ nudo vſu aliquid recipitur.

De nautico fenoze.

Nauticũ fenus eſt quod ꝓpter nauticã vel quaſi nauticã pecuniã exigitur. Eſt autẽ nautica pecunia que periculo creditoꝛis in nauigio ſuſcepto datur traicieda Quaſi nautica eſt. vt cum periculũ mutuate pecunie ī me recipio. ſi aliqua condicio non exiſtat. Et exiſtente condicione: idiꝑm q̃ credidi recipiam cum cẽteſima vſura. ī. e. l. periculi. In his autem multa ſpecialia ſunt. Nam vſuram centeſimã licet ſtipulari id eſt tantũ quãtuz eſt ſoꝛs reuoluto anni ſpacio Et incipit currere hec vſura. ex quo nauẽ nauigare cõueniat. ⁊ q̃diu ptinet piculum ad creditoꝛem. ī. e. l. in nautica. ⁊. l. j. ⁊. ij. Jtẽ et hec vſura debetur ex nudo pacto. ī. e. l. picu. §. vltẽ.

Digestum Vetus

De ꝓbationibus ⁊ ꝓsumptionibus.

Probatio est rei dubie p argumenta ostensio fm Azo. vel est rei dubie in iudicio p legittimos modos facta declaratio. Et fm Pla. dicit a ꝓbo aduerbio. facit em̄ ꝓbe qui probat. Manifestat em̄ dubium: vincit aduersarium. ⁊ euittat penam non ꝓbantium. vel dicitur ꝓbatio: quasi ꝓpalatio vel manifestatio eius quod dubium est. ⁊ est regulare q̄ semper ei incumbit probatio qui dicit. et ista regula est affirmatiua. Fallit autem in multis casibus nota. p glo. insti. de le. §. quod autem diximus. et. C. e. l. actor. ⁊. C. ō eden. l. qui accusare. ⁊ i. c. vno. vt eccle. bene. Presumptio autem est triplex. Nam q̄dam est talis cui statur etiā si cōtrarium quis ꝓbaret. Et ista appellatur iuris ⁊ de inre. vt est in dote mulieris stipulata. Alia est cui statur donec contrarium ꝓbetur. vt si res sit patris. presumetur heredis esse. Tertia cui non statur aliquo modo nisi habeat adminiculum. vt ꝓbatio per ꝑuatum instrumentū. C. e. l. instrumēta. Et differt presumptio a fictione. quia fingitur super eo quod est certum. ꝑsumitur super incerto. vt dicit glo. in l. vna. C. de rei vxo. acc. Et sunt in materia ꝑsumptionis varia vocabula. Aliqñ appellat iudiciū. C. de rei venō. l. iudicia. Aliquādo suspicio. l. absentem. ff. de pe. Aliquādo opinio. l. iij. §. eiusdem ff. de testi. Aliquādo p̄sumptio temeraria. de sentē. excō. inquisitiōi. Aliquando p̄sumptio non modica. c. super eo. de testi. Aliquando p̄sumptio ꝓbabilis. dic. c. inq̄sitionē. Aliquādo vehemens. c. litteras. ō testi. spol. Aliquādo v olēta q̄ idem est q̄ vehemens. c. cum cōtinentia. de bere. li. vj. Et de variis generibus ꝓsumptionū est. glo. in. c. is qui. ō spon. ⁊ i. c. quāto. et. c. scribā. de ꝑsump. pōt bar. in. l. admonēdi. §. de iureiur.

De fide instrumentorū.

Instrumenti appellatione largo sumpto vocabulo: oīa ea accipienda sunt q̄bus causa instrui p̄t. ⁊ ideo tam testimonia q̄ psonas instrumento loco habent. Stricte autē accipit̄ ꝓ scriptura q̄ fit ad ꝓbationem alicui⁹ rei in futurū faciendam. vel scriptura ad memoriam alicuius rei confecta. Et sunt inuenta instrumēta ad faciliorē ꝓbationē. fiunt em̄ scripture. vt quod actum est per eas facilius ꝓbari poterit. l. cōtrahit̄. supra ō pigno. Et sunt tria vocabula p̄ncipalis instrumēti. scz originale. autēticum ⁊ exemplar. Itē alia tria nomina inde extracta. scz index. exemplū ⁊ sumptus vel etiam memoria vt. C. de eden. aut̄. si quis in aliquo. Et cui fides habetur tractat glo. in. l. ij. ff. e. Nam soli publico instrumento habetur fides p se. id est sine alicuius adminiculo: eo q̄ sine vitupatione aliq̄ appareat vt in aut̄. e. ti. §. si vero moriantur. nisi is contra quē ꝓfertur ꝓbet esse falsum. C. e. l. sinceris. calūniosaꝫ enim scripturam vim obtinere nō oportet ff. e. l. ij. Si vero non sit publicum instrumentū sed p̄uatum: fides non habet̄ ei nisi p testes id ꝓbetur. vel p cōparationem litteraꝝ. C. de ꝓba. l. instrumēta. Alioquin si ē scripta manu illius ꝓtra quē agit̄: facit fidē cōtra scribentē. Ō si neget esse manū suā recurrit̄ ad cōparationē litteraꝝ. l. cōparatiōes. C. e. ipe negans cōdemnat̄ in duplū si ꝓbatur de manu sua cōfecta in aut̄. cōtra q̄ ꝓpriam. C. de non nu. pecu.

De testibus.

Usus testimonioꝝ ab his ꝑcipue exigendus ē. quoꝝ fides non vacillat Et ꝑsūt adhiberi testes nō solū i crimialibꝰ causis. sed etiā in pecuniarijs litibꝰ. Et recipiāt hi in testimoniū q̄bus nō interdicit testimoniuꝫ. de q̄bꝰ l. iij. §. j. ⁊ l. idonei. et. l. testis. ⁊. l. nullꝰ. ⁊. l. ob carmē ⁊c. ff. e. vel q̄ nulla lege a dicēdo testimonio excusant. de q̄bꝰ. ff. l. iij. §. ler tulia. ⁊. l. iuiti. q̄ excusat senes q̄ sunt maiores annis septuaginta. ⁊ valitudinarios. id ē qui morbo detinent. ⁊ milites. vel eos qui reip. causa absunt. vel q̄bꝰ venire non licet. Dicebant autē testes antiquitus supstites. eo q̄ sup statu cause ꝓferebant. Hunc autē ꝓte nomis ablata ꝑ apheresim : testes soluꝫ dicuntur. c. fœtus. de ver. sig. Et in testibus considerant hec. Etas. condicio. serus. discretio. fama. Et fortuna fides in testibus ista requires. glo. ī l. iij. ff. e. et in. c. ij. extra. e.

De iuris et facti ignorantia.

In hac materia quattuor sunt q̄ vident idē. sunt tñ diuersa. scz ignorātia. nescietia. error. ⁊ titubatio. Primū sumit in mala ꝓte. qui scilicet debet scire et ignorat. vñ ō. Qui ignorat ignorabit. c. nisi cum pridē. de renun. Nescire autē in bona. et mala ꝓte. Nam omis ignorans nescit. sz nō conuertit. Error autem est. cum aliud est q̄ credā. Ō autē aliud sit errare q̄ ignorare patet q̄ dicit lex. si potest possessio acquiri ignorāti: ergo et erranti. ff. ō ac. pos. l. si me inuacuū. §. i. Titubatio vero. cū hincinde duo diuersa vel cōtraria scire videor nec alicui eoꝝ magis animū applico. C de condi. inde. l. fi. Et licz in alijs sit differētia iter ista q̄ttuor. tamē quātum ad hunc titulū non est differentia. nam omnia ad factum ⁊ ad ius referuntur. Et est regula in hac materia. iuris q̄dem ignorantiam cuiq̄ nocere. facti vero ignorantiam minime. quod ita intelligendum est. q̄ iuris ignorantia non ꝓdest acquirere volentibꝰ: suum vero petentibus nō nocet Et q̄ dicitur ignorantiam facti non nocere ita intelligēdum est. si non sit supina ignorantia. id est negligentia crassa vel affectata Circa quod sciendum q̄ ignorātia alia est iuris. alia facti Iuris. alia iuris naturalis. alia quasi naturalis. alia ciuilis. Facti alia ē ꝓbabilis. alia non ꝓbabilis Naturalis iuris ignorantia. ē in filium qui credebat sibi licere pulsare parentem. vel non procurare eum furiosum. vel captiuū non redimere. cum ipe filius sit maior. xviij. an. ⁊ ideo non parcitur ei quo minus exheredetur. vt in aut. vt cuz de app. cog. §. causas. coll. viij. De secunda scz quasi naturalis iuris. pone exemplum in liberto ⁊ patrono. C. de in ius vo. l. ij. De tertio scz iuris ciuilis pone exemplum in. l. j. ff. e. Sed ī hoc tertio membro subdistinguit. Nam aut ignorans certat de damno vitādo. ⁊ tūc nō nocet vt ō dctū est. fall. in debito. l. error. C. ad. l. fal. Si autem ignorans certat de lucro captādo. Subdistingue an potuerit ꝓsulere pitiores ⁊ tūc ei noceat. id ē nō ꝓsit. An nō potuit ꝓsulere. ⁊ tūc nō noceat. l. regula. §. sz iuris. ff. e. Facti aūt ignorātia si est ꝓbabilis vt in facto alieno. tūc ꝓdest in cōpēdijs. ⁊ nō nocet i dānis. l. error. ff. e. Aut ē nō ꝓbabilis. vt

est ī facto ꝑpio . vel in alieno facto si ē supina ignoratia . ⁊ tūc nō excusat Fallit aūt ꝓdicta de ignoratia iuris vel erroꝛe . in minoꝛib⁹ . feminis . militibus . vt in . l . regula . ℈ . alle .

Liber vicesimustertius

De sponsalibus .

Sponsalia sunt mētio ⁊ repꝛomissio futuraꝝ nuptiaꝝ Et dicunt sponsalia a spōdendo . Nam moꝛis fuit veteriḃ⁹ stipulari ⁊ spōderi sibi vxoꝛes futuras . vnde ⁊ sponsi sponsecꝫ appellatio nata est . Et sufficit nudus ꝓsensus ad cōstituēda sponsalia . Deniqꝫ cōstat ⁊ absentē absenti desponderi posse . Et hoc quottidie fit . dūmodo hi q̄ absunt sciant coꝛ noīe sponsalia fieri . Aut si postea ratū habuerint . Et in sponsalibus etas cōtrahentiū diffinita nō est . sicut in matrimonijs . quapꝛopter ꝑmoꝛdio etatis sponsalia effici possunt . si saltem id fieri ab vtraꝫ ꝑsona ī telligatur . id est si ꝑsone non sint miꝛores septem annoꝛū . ⁊ hoc tenet glo . īnsti . de nup . ℈ . j .

De ritu nuptiarum .

Ritus nuptiaꝝ exponit . id ē de festiuitate siue solēnitate nuptiaꝝ Et hec quattuoꝛ matrimoniū . nuptie . ꝓiugū . cōsoꝛciuꝫ . idē significant . Cōtuberniū vero est tūm inter seruos . l . serui . C . de adul . Et sunt nuptie siue matrimoniū cōiunctio maris ⁊ femīe : indiuiduā vite cōsuetudinē continens . ⁊ ꝑsoꝛciuꝫ oīs vite . ⁊ diuini ⁊ humani iuris cōmunicatio . īnsti . de pa . po . circa ꝑn . iūc . glo . Et dicunt nuptie a nubendo . id ē velando . qꝛ mulieres velate ⁊ quasi sub nube incedere debēt . xxxiij . q . v . hec imago . Matrimoniū autē appellatū est . qꝛ mulier nubit vt mater fiat . ⁊ qꝛ onera . dolores . ⁊ pericula partꝰ mulier subit . ideo potius a matre q̄ a patre matrimoniū appellat . c . fi . de cōuer . infide . ⁊ l . fi . C . qui . po . no . pig . Coniugiū autem dictum qꝛ cōmuni iugo ⁊ equali ꝓiuges vitā trahere debent . licet aliquā do dispari tractu . Cōsoꝛciū autē dictū est . qꝛ oīs vite societas inter eos cōmunicari debet . Sūt autē q̄dam q̄ nuptias fieri ꝓhibent ⁊ factas dissolunt . que no . ꝑglo . īnsti . de nup . ℈ . sunt ⁊ alie . Et continent bis versibus Etas . cōdicio . numerꝰ . monachatꝰ . ⁊ oꝛdo . Adop . nobilitas . sanguis . tutela . potestas . Fons . sacer . affinis . raptꝰ . repugnat honestas . Irrita q̄ faciūt cōnubia legibꝰ hec sunt . Scōꝝ canones aūt Jo . an . in summula super q̄rto decre . ponit alios ꝯsus istos videlicet . Erroꝛ . ꝓdicio . votū . cognatio crimē . Cultus disparitas . vis . oꝛdo . ligamen . honestas . Si sis affinis . si foꝛte coīre neq̄bis . Hec coplanda vetant cōnubia . facta retractant .

De iure dotium .

Rei pu . interest mulieres dotes suas saluas habere ꝓpter q̄s nubere possint . Et appellat dos . datio q̄dam q̄ noīe vxoꝛis marito ad ꝓferendu onera matrimonij cōstituit . Et qꝛ dos intuitu matrimonij fit . ideo dotis appellatio ad ea matrimonia nō referꝫ q̄ ꝑsistere non ꝑnt . Hecꝫ enim dos

sine matrimonio consistere pōt: sed bene ecōtra. vbicunq; igitur matrimonij nomē non est: nec dos est. Et est duplex dos. pfecticia. q̄ a patre vel a parente. i. l est auo paterno vel pauo pfecta est de eius bonis. vel eius facto. Siue ig̃ parens dedit dotē. siue pcurator eius. siue iussit aliuz dare siue cum q̄s eius negociū gerens dedisset parens ratum habuerit. vel ei⁹ utilitu collata. pfecticia dos ē. Si autem aliūde puta ex bona fortuna p mulierē dos ꝓstituit: aduēticia dos appellat Et licz dominiū dotis maneat apud vxorē. tñ fruct⁹ dotis ad maritū ptinere debere eq̄tas suggerit. id ē psuadet. cū em̄ ipe onera matrimonij subeat: equū est etiā eū fructus pcipere. Dotis aūt causa data. accipe debem⁹ ea q̄ i dotē dant̃. ceterū si res dent̃ ea q̄ greci parapherni dicūt: queq; galli peculiū appellāt. id ē q̄ mulier hz pter dotē: nō statim mariti efficiūt̃: nisi sic dent̃ vt eius fiant.

De pactis dotalibus.

Re dū ante nuptias licet sup dote paciscī: sed etiaz post. Non tñ super dote licet in omni casu vel oib⁹ paciscī ante nuptias. t post. vir em̄ cum vxore ꝓstante matrimonio paciscēdo sup dote. si q̄dem donatōis cā faciat aut cōferē pactū donatōis sup dote appositū in tps matrimonij. t non tenet. Si vero collatū sit pactū post matrimoniū solutū. t tenet. nisi inuitet quis ad furandū. Sunt t alia pacta queda; que circa dotē appositā q̄q; valēt q̄q; unprobata sunt t moribus t legibus. t pterea inualida. de quibus tractat hic ti. t. C. de pactis nup.

De fundo dotali.

Lex Iulia q̄ dotali predio pspexit: statuit ne marito liceat obligare aut alienare fundū dotalem. t idem de sponso. Dicit̃ aūt fundus dotalis q̄ ab vxore marito i dotē traditē. fallit hoc i q̄ttuor casib⁹. Primo q̄n marit⁹ p uocat̃ ad diuisionē fundi dotalis. qui cū altero cōis est. l. fi. C. de fun. do. Scdo nisi ex necessitate puta q: aliter viuere nō pt. vel vt exeat carceres. l. j. C. de lib. cau. Tertio nisi cū vniuersitate bonoz ipius mariti transeat l. ij. ff. e. ti. Quarto nisi vertat̃ ad utilitatē mulieris. l. fi. ff. e. ti.

Liber vicesimusquartus

De donationibus inter virum t vxorem.

Cōprobatū ē moribus. i. iure ciuili. ne inē virū t vxorē ꝓstante matrimonio donatiões valerēt. t hoc iō ne mutuo amore inuicē spoliarēt̃ si donatiōib⁹ nō obtēperarēt. nec eēt eis studiū liberos poti⁹ educādi Et sepe futuꝝ esset vt destituerent̃ matrimonia. id ē separent̃ vel exhauirent̃. si nō donaret is q̄ posset: atq; ea rōne euentuꝝ eēt. vt venalia eēnt matrimonia. qō eē nō debet. l. ij. C. de inut. stipu. Voluit igit̃ lex inē virum t vxorē donatiões phibere. existimās honestū amorē ex aio pendere debere. nō ex lucro. t ne cōcordia pcio conciliari videret: ne ve melior in pauptatē iciderēt: t veterior ditior fieret. ff. e. l. j. ij. t. ij. Prohibēt igit̃ iste donatiões ꝓstante matrimonio fieri. q̄bus factis. donās fit pauꝑior t

recipiens locupletior. Iste appellāt lucratiue donatiōes. Remuneratiue aūt puta si plebeius nobilez vxorē ducat. aut plebeia militē: vel rusticana virum litteratū. aut dignitate p̄ditum recipiat: potest in cōpensationē p̄eminentie aut p̄rogatiue nobilitatis aut dignitatis aliquid donare. istud eñ cōstitutionib⁹ p̄ncipum p̄missum est. C. e. ti. p to.

De diuortijs.

De diuortijs. id ē diſſūgēdis matrimonijs olim ꝯtractis loq̄t hic titulus. Est aūt diuortiū ꝓprie inē ꝯiuges q̄ semel ꝯiūcti legittime diuortiant id ē separāt. Repudiū aūt ē inē ſponſos q̄ p̄us legittime ꝯiūcti nō fuerant ⁊ nūc a ꝯiūctione abſtinēt. Sz ꝓmiſcue iura vtunt his vocabulis. l. diuortio. §. j. ff. de v̄. ſig. Et erāt olim multe cauſe ex q̄bus diuortia fierent: que enumeranē. C. e. l. cōſenſu. Additis tribus p̄ iuſtinianū in auē. de nup. coll. iiij. §. bas itaq; Hodie aūt pauce ſunt. vt in auē. vt liceat. ma. ⁊ auie. §. q̄ vero plurimās. coll. viij. Scōm canones aūt nulle ſunt cauſe diuortij veri: q̄ nō fit diuortiū niſi ex cauſa cōſanguinitatis. ⁊ tūc non dirimit ſed magis nullū declarāt. Itē ꝓpter adulteriū. ſz tūc nō fit diuortium. q̄ aliā accipe non p̄t: licet debitū reddere nō teneāt vt ōr glo. in. l. diuortio ſ de neg. geſ. Diuortiū aut dictū a diuerſitate mentū. vel q̄ in diuerſas ꝑtes eunt q̄ diſtrahūt matrimoniū. Et in diuorcio. nō est niſi vnū verbum q̄ aīo ꝓſtituēdi ꝓpetuā diſſenſionē fit: hoc mō: res tuas tibi habeto. res tuas tibi agito. In repudijs aūt. id ē in renūciatiōe q̄ in ſpōſalib⁹ diſcutiendis fit. interuenit renūciatio in hec verba. conditione tua nō vtar. Et ī illa neceſſarij ſunt teſtes ſeptē ciues romani. puberes. ⁊ rogati. Item neceſſaria ē ſcriptura vel libell⁹. licet eñ ſolo ꝓſenſu ꝓtrahāt matrimoniū: nō tñ ſolo diſſenſu diſſoluit ſz neceſſaria ē ſcriptura. fauor eñ liberoꝝ impat ſolutiōem matrimonij difficiliorē eſſe. Itē neceſſariū ē q̄ duret voluntas eius q̄ miſit libellū repudij. Nam ſi penituerit eū. ⁊ p ignorantiā mutate volūtatj obligat⁹ ē alteri. durat mr̄imoniū niſi penitētia cognita. is q̄ accepit voluit matrimoniū ſoluere. tunc eñ p eū q̄ accepit ſoluit mr̄imoniū. C. e. l. cōſenſu. in p̄n. ⁊. ff. e. ſi penituerit. Item neceſſarium eſt q̄ fiat miſſio libelli aīo ꝓſtituēdi ꝓpetuā diſſenſionē. quicūd eñ calore iracūdie fit vel ōr non p̄us ratū eſt q̄ pſeuerātia declaret iudiciū animi fuiſſe. Ideo q̄ p calorem miſſo repudiorſi in breui reuerſa eſt vxor nec diuertiſſe videtur. ff. e. l. diuor.

Finis digeſti veteris.

Liber XXIIII.

Tituli digesti Inforciati.

In hoc ꝓncipio iforciati. nō ē caput noui libri. ſz diuiſio ꝑcedētis viceſimitiārti. Facti ſunt eñ ꝑ votib⁹ tres ſingulares libri. vt eſt tex. in ꝓhe. ff. §. alterutri Et cō ſtat vnū eſſe de ſpon. ſ̄. li. xxiij. Altuz de dona. inter vi. ⁊ vxo. vt. ſ̄. li. xxiiij. ſub quo ⁊ cōprehendit pñs titulus. Terti⁹ de impēſis in reb⁹ dotalib⁹ factis. vt. ſ̄ li. ꝓx. ergo hic nō poteſt eſſe caput libri. vt. C. de veiur. enu. l. ij. §. poſt hos. Et ꝺr inforciatū addendo ei⁹ ſubſtantiuū ſcz ius vel digeſtum. Appellatū er eo vt q̄dam volunt: q; forte ius. id eſt efficax ⁊ validū circa hereditates cōtinet. vel ita denominatū ab eius inuentore vel auctore. ſicut publiciana ⁊ triticaria. vl quod meli⁹ eſt. nomē eſt magiſtrale de quo diſputare cur impoſitū ſit relinquit ꝓtinacib⁹ fin tull. ad herēniū. ⁊ q; plura ſunt negocia q̄ vocabula ſ̄ de ꝓſcrip. ☧. l. natura. Alij dicunt q̄ ab inforciaſin chaldeo vocabulo denomiāt: qō dem eſt q̄ diſpoſitio. q; vltime diſpoſitiones ⁊ volūtates hoc libro ꝓtinē itur. vnde ſolet dici. Sum liber fortis diſponens ꝓelia mortis. Et clauſis portis me diſcat lector in hortis.

Soluto matrimonio quēadmodū dos petat.

Quibus modis matrimoniū diſſoluat: diximus ſupra de ritu nup. ⁊ de diuor. quocūq; ergo modo diſſoluat matrimoniū habet locum hic ti. ſ̄. de ☧. ſig. l. cuz q̄rebatur. Et no. q̄ dicit matrimonio: alias eñ in nulla actio cō petit: ſi ſciens non valere matrimoniū dotē dederit. Si autē ignorās. conditio ob cauſam locū habet. l. j. C. de q̄di. ob. cau. Quēadmoduz id eſt ꝑ quos vt. ſ̄. e. l. ij. Et a quib⁹. ⁊ in q̄tum. ſ̄. e. l. maritū. Et quādo. q̄ō conſtat ex ipo rubro. ſcz ſoluto matrimonio. petat id eſt repetit. ⁊ ita ſimplex ꝑ cōpoſito ponit. ſic ſ̄ de pig. acc. l. petenti. Debet itaq; ſoluto matrimonio dos ſolui mulieri. ⁊ olim ſoluebat ſibi annua. bima. trima die. id ē q̄libet anno tertia ꝑs. Hodie aūt īmobilia ſtatim: mobilia intra annū. vt. C. de rei vx. acc. l. vna. §. exactio. fallit in caſibus q̄bus dos ſolui nō ſolet ſed nō mulieri Pūmo quando culpa mulieris ſolutū eſt mīrimoniū. puta ꝓpt ei⁹ adulterium. ſ̄. e. l. luci⁹. in ſi. niſi etiā vir deliquerit. ſ̄. e. cum mulier. ⁊. l. viros. Scōo fallit ſi pactū eſt lucrāde dotis interpoſitū: vt in aut. de ſanct. epi. §. ſi ☧o cōſtante. coll. ix. Item fall. ſi aliud pōt obijci mulieri vt. ſ̄. e. ſi mulier. ⁊. l. ſol. Item fall. ſi extrane⁹ dedit. ⁊ pact⁹ eſt ſibi reddi. C. de rei vx. acc. l. vna. §. accedit. Item fall. ſi eſt in ptāte patris. ſ̄. e. l. ij. §. j. Et licet in titulo dicat ſoluto matri. tamen aliquādo etiā ꝓſtante matrimonio dos repeti pōt. primus eſt. ſ̄. e. ſi cōſtante. in ꝑn. ꝓpter inopiam videlicet mariti. q̄n euidēt iſſime apparuerit mariti facultates ad dotis exactionez non ſufficere. Scōs eſt ſupra de iur. dotis. l. quēadmodū. vt quādo bona gratia matrimoniū fuerit ſolutū. vt ſi fact⁹ fuerit monachus. q̄ō eſſe pōt. l fi. C. de epi. ⁊ cle. ⁊. c. fi. de quer. ꝓin. Tertius ē. C. de repu. l. j. Quart⁹ ſi marit⁹ damnat in metallū. nam bodie non ſolui ꝑ hoc matrimoniū. vt in aut. de inup. §. quod aūt. coll. iiij. ⁊ tamen dos repetitur. ſ̄. e. ſi marito.

Sunt ꝛ alij casus q̄bus ꝓstante matrimonio maritus non cogit restituere dotem. ꝑt tñ si vult. ꝛ valet restitutio. ff. e. l. q̄uis. ꝛ. l. se. Alias si reddat vir dotem ꝓstante matrimonio: non liberat nisi q̄tenus mulier esset locupletior. l. j. C. si dos ꝓstante ma. sol. fu.

Liber vicesimusquintus et primus huius.

De impensis in rebus dotalibus factis.

Supra titulo primo tractatum est quomodo soluto matrimonio dos debeat solui mulieri. Sed q̄ maritus in rebus dotalib⁹ ali quādo expen. facit. ꝛ aliquid ei impēdit quo dos diminuit: fuit quesitū an in restitutione dotis. posset illud retinere. ꝛ distinguit iurisconsultus. faciēs triplices impēsas. Necessarias. vtiles. ꝛ volūtarias. Necessarie sunt q̄bus non factis res erat pitura vl deterior futura. veluti aggeres facere. flumina auertere. vetera fulcire. iter reficere. arbores in locum mortuaꝝ imponere. Utiles sunt q̄bus nō factis. res nō erat pitura: ſꝫ eis factis res est melior futura. veluti pecora p̄dijs imponere. id est stercorare. Volūtarie sunt quas marit⁹ ad voluntatē fecerit. ꝛ que rem ipam exornant vt balnea extruere. parietes depingere. In p̄mis expensis ſcz necessarijs dic q̄ minuāt dotem ipo iure. si ꝓsistat in pecunia ꝛ specie dos. vt si fūdus ꝛ pecunia i dotē dat: quātū i fundū ipēdit: tñ i pecunia ipa deberi desinit. Si vero solus fundus in dote sit/ tūc si tñ expendit simul vel etiā diuersis vicibus: quāti est fundus. tūc ipo iure desinit esse dotalis: ſꝫ tam diu totus vel p ptē retinet: q̄diu impense restituant. supra de iur. do. l. si quis. §. pe. ꝛ fi. Si aūt vtiles sunt. tunc p actionem negocioꝝ gestoꝝ vel mandati: si mādato mulieris fecit repetunt. voluntarie autē non repetūt etiam si mādato mulieris facte sunt: sed abradunt si possunt abradi sine lesione ꝓtis status. C. de rei vx. act. l. vna. §. sed nec ob impēsam.

De actione rerum amotarum.

Quia in dissoluendis matrimonijs p diuorcium. vel aliter. aliq̄n fiunt amotiones rer. q̄ repetitioni etiā dotis. p cōpensationez opponit ob res amotas. vt in. l. j. C. e. Ideo rer amotaꝝ titulus hoc est de amotione rer ꝛ earꝫ actione q̄ ór rer amotarū supponit. Et dicunt res amoueri quantū ad hunc titulū large: puta si celate sint. id est abscondite. vel delate. id est absportate. vel cōsumpte. vel cōtrectate sint dolose non errādo. Et est singularis actio rer amotaꝝ introducta aduersus eam q̄ vxor fuit: q̄ nō placuit cum ea furti agere posse. q̄ societas vite quodāmodo dominā faceret rer ipius mariti. Nam in fauorē matrimonij turpis actio aduersus vxorē amonētē negat. Et qui rerū amotaꝝ instituit actionē quattuor necessario habet ꝓbare. vt locū habeat hec actio. scz q̄ res mariti dolo malo ab vxore amoueat. vel res vxoris a marito. ff. e. l. cōtra. §. itē cū. ꝛ. l. mulier. Itē vt fiat amotio ꝓstāte matrimonio. nā si post diuorciū vel solutū mrimoniū

quōdā vxor viri res amouet. q̄uenirēt actiōe furti. ff. c. l. 1 ideo. j. rū. Itē 1 q̄ causa diuorcij 1 secutū sit diuorcium. vel q̄ fiat causa sperate mortis 1 sequat mors. ff. e. si mulier. 1. l. rerū q̄dem. Actio ista psonalis ē ppetua 1 ptoria. ff. e. l. rex amotar. 1. l. si mulier. §. hec actio. 1 habet naturā q̄ditionis vt scz nō infamat. ff. de acc. 1 ob. l. cesset.

De agnoscendis liberis vel parentibus vel patronis vel libertis.

Senatusc̄ōsultū plaucianū. qō factū ē de liberis agnoscendis : duas spēs cōplectit. vnam eor q̄ agnoscunt. id ē tenēt agnoscere. alterā eorum q̄ falsum partus subijciūt : p̄ma vt veri liberi agnoscāt : scōa vt falsi 1 suppositi repellant. et examinent an veri sint vel falsi. Qui ergo falsum ptū subijciunt tenet crimē falsi : 1 ppetuo : 1 soli pentes vel quor interest accusant. ff. de fal. l. qui falsi. §. j. Hec differt hec accusatio in tps pubertatis. Permittit igit mulieri p hoc senatusc̄ōsultū si putet se pregnantez : denūciare intra. xxx. dies cōtinuas post diuorciū cōnumerādos. ipi marito vel parēti eius. aut ad domū denūciare si nulli eor copiam habeat Mulierem ex eo esse pregnantē. Et ex tūc marit p̄t mittere custodes : aut eidez nūciare q̄ nō sit ex eo p̄gnans. Et ē pena mariti : q̄ nisi aut custodes p̄miserit : aut ptra denūciauerit non ex se esse p̄gnantem : cogat marit ptum agnoscere id ē alere. Et si nō agnouerit : extra ordinē. id ē arbitrio iudicis pena plectetur. Et ptinet hoc senatusc̄ōsultū ad eos ptus q̄ post diuorciū eduntur Aliud ē senatusc̄ōsultū. factū tēporib diui adriani vt etiam si pstante matrimonio partus sit editus : de agnoscēdo eo agat. p̄iudiciali in rem actōe qua se in filiū vendicabit vel in nepotē. dicēs se ab eo genitū : vt ab eo pciat alimenta 1 successionē : q̄ filij a parētib pcipere debent. Tenet igit p hunc titulū pat alere filios 1 nepotes qui suo artificio se nutrire nō possunt. Et ecōtra filius p̄rem. auū. pauū. ceteroscz ascendentes ex vtraq; linea : Tenet etiā patron alere libertū. 1 ecōtra. Alimēta aūt p modo facultatū erūt p̄benda indigentib. alias em q̄ tenet pstare alimenta. et nō facit : sed eū abijcit quē alere deberet : vel ei alimoniā denegat : videt eum necare ac si partū suffocasset. id ē ante q̄ nasceret extinxisset : vel natum ad fauces strinxisset. l. necare. ff. e. Generale tñ ē in oibus parentib. vt non cōpellant alere. si habeāt quid obijciant liberis. et econtra. ff. e. l. si quis. §. sed 1 filius. et. §. idem iudex.

De vētre inspiciēdo. custodiēdoq; partu.

Quia vbi soluto matrimonio mulier fatet se p̄gnantē ex viro. locum habet senatusc̄ō. plauci. vt scz de inspiciēdo ventre. custodiēdoq; partu. seruent ea q̄ dicta sunt s ti. p̄ti. vt videlz mulier his ad quos ea res pertinebit. p̄curatoribus ve eor. bis in mense denūciādū curet : vt mittāt si velint q̄ ventrē inspiciāt. Mittant aūt mulieres libere dūtaxat q̄nq; hez simul omnes inspiciāt Et ne q̄ eaz dum inspicit inuita muliere ventrē tāgat Et pariat mulier i domo honestissime femie. a iudice deputāde Et i q̄ mulier paritura erit : ibi non plures adit sint q̄ vn Hec plures mulieres libere sint q̄ decē. vel ancille q̄ sex Et he que intus future erūt excuciant oēs

id ē inquiranē: in eo conclaui ne qua pregnans sit. tria lumia nec minus ibi sint. scz qr tenebre ad subijciendū partū aptiores' sunt. Et quod natuz erit. bis ad quos ea res ptinet. si inspicere volent ostendaē: et apud eum educaē apud quē parens iusserit. Ecōtra cū maritus pgnantem mulierē dicit: vroz aūt negat: eligē domus honestissime femine. in qua vroz veniat: z ibi tres obstetrices pbatissime z artis et fidei: que a iudice assumpte fuerint. eam inspiciāt. Et si q̄dem omnes vel due retulerint pgnantem vi deri: tunc mulier custodē a viro adhibitum admittat: ac si ipa hoc desiderasset. Si autez omnes vel plures: non esse grauidā renūciauerint: nulla causa custodiēdi erit. poterit igit iuder mulierē ad se euocare. z apud euz interrogare: an se putet pgnantem. cogēdaqz erit respondere. z in ius venire. captis pignoribꝰ z distractis. si ptemnet. vel imposita mulcta coherceatur: z tunc locū habeat titulus noster.

Si vētris noīe muliere ī possessionē missa: eadez possessio dolo malo ad aliū trāslata esse dicaē.

Contingit aliquando vt mulier que se pgnantem esse dicit: ppterea in possessionē bonoz marti. ventris nomīe mittit: ipa eandē possessionē dolo malo. id est fraudulenter in alium transfert: quapropter hoc edicto pspectum ē. vt in mulierē q̄ in alium hāc possessionem dolo malo transtulit actio constituaē in factū: quāti interfuit eius. ad quem eadē possessio ptinebit. Et dabit hec actio etiā post annū. quia habet rei psecutionem. id ē datur ad interesse. z recte a ptore. puisum ē: ne dum in fauorem partꝰ possessionem polliceaē causa ventris: alijs prede occasionem pbeat. id ē. initiste acquisitionis materiam.

Si mulier ventris nomine in possessione calumnie causa esse dicatur.

Si de possessiōe vētris noīe q̄raē: z deferēte herede mulier iurauerit se pgnantē esse: fuāduz ē iusiurandū: nec tenebit mulier quasi calūnie causa fuerit ī possessionē missa: nec vis ei facienda ē post iusiurādū. Si tñ peperit: q̄raē veritas an ex eo pgnans fuerit. Et ōz p calūniā in possessione fuisse: q̄ sciēs prudensqz se pgnantē nō esse: voluerit in possessionē missam venire. Competit autē hec actio ei: cuius interfuit in possessionē missam non esse puta heredi: vel ei qui substitutus fuit: vel qui ab intestato si partus non fuisset. succedere potuisset. Et bñ puidit pretor. Sicut eñ facilis ē. circa bonoz possessionē vandā mulieri vētris noīe: ita calūniā eius. id ē eā nō eē pgnantē vel ex alio grauidā, impunitā nolnit relinq̄re.

De concubinis.

Concubina olim dicebatur pellex: postea aūt amica dicta ē: nūc autem honestioz vocabulo concubina appellatur. que lege cōiugali soluta: ei coheret qui posset esse maritus. z secum concūbit: quapropter etiam pcubina appellata ē. que z focaria. id ē focum vel culinā pparās. vel clauigera appellaē. maxīe si clerico coheret. Et pūt in pcubinatu solū ille mulieres

retineri.in quas stuprū nō cōmittit.id ē q̄ nō sunt ℣gines vel vidue.vel in quas incestum non cōmittit.vt sunt cognate ⁊ moniales.Et regulariter ista p̄t esse cōcubina:que pōt esse ⁊ vxor:vt in aut. vt licē.ma.⁊ auie.§.ad hec.coll'.viij.Et cuiuscūq; etatis ꝯcubinā habere posse palā ē:nisi minor annis duodecim sit.Et q̄ ꝯcubinat⁹ p̄ leges nomē assumpsit.id ē effectū vt sit legittima p̄uctio Jdeo extra legis ē penā.scz adulterij vel stupri.intelligam⁹ lege ciuili.vel fori.p̄missum esse ꝯcubinatū: non iure poli.nam ℈ diuinas ⁊ canonicas institutiones.oīs fornicatio p̄hibita ē.xxxij.q.iiij nemo sibi blandiat̄ de legib⁹.⁊.c.meretrices.

Liber vicesimussextus et secūdus huius

De tutelis.

Tutela est vt Seruius diffiniuit.vis atq; ptās ī capite libero cōstituta.id est violenta ptās :ad tuendū eum q̄ ꝓpter etatem suā se defendere nequit iure ciuili data:⁊ p̄missa a testatore.Tutores sunt qui eā vim atq; potestatem habēt.ex qua re ipi nomē acceperūt Jtaq; appellant̄ tutores.quasi tuitores atq; defensores: sicut editui dicūtur qui edes tuent̄.l.j.§.j.ff de off.p̄f.vr.Et est tutela virtle officiū:semie em̄ tutores dari non possunt:nisi a p̄ncipe filioꝝ tutelaꝫ specialiter postulent ⁊c.C.q̄n mulier.tu.off.l.ij.Sꝫ hodie mater et auia absq; hac impetratiōe oībus p̄ferunt̄:si renūciant scōis nuptijs.⁊ senatusc̄ōsul. velleiano.exceptis testamētarijs in aut̄.de here.ab intes.§.ex his.⁊ in aut̄.matri.C.q̄n mul.tu.off.⁊.l.oēs.C.ad tercul.

De testamentaria tutela.

Triplex repit̄ tutela.Testamentaria.legittima.⁊ datiua.Jnter quas q̄ testamētaria p̄ncipalioꝝ ē.⁊ magis p̄uilegiata:q̄diu em̄ supereſt testamētari⁹ tutor.nō admittit̄ legittim⁹ vel datiu⁹:quapropter de testamēta ria tutela p̄mittit̄.Est aūt testamētaria tutela:quā testator i testamēto suo facit.Est em̄ lege.xij.tab.p̄missuꝫ parētib⁹ liberis suis.siue masculini.siue feminini sexus. si saltē in sua ptāte sint:tutores testamento dare:⁊ etiam posthumis vel nepotib⁹.Et dicunt̄ testamēti dati tutores etiaꝫ hi qui codicillis testamēto ꝑfirmat̄ scripti sunt.Et testamēto dati tutores nō sunt cogendi satisdare rem pupilli saluam fore.q̄ fides eorum a testatore videtur esse approbata.

De cōfirmādo tutore vel curatore.

Tutores ℈ testamēta recte dari intelligunt̄:si dati sunt a q̄b⁹ oportet id ē a patre.Et q̄b⁹ oportet.puta liberis.Et quō oportet. id ē q̄bus ℣bis puta liberis meis tutorē do.Et vbi oportet.puta in testamētis. vel codicillis ꝑfirmatis.Si aūt fuerit p̄sona talis .q̄ nō p̄t dare tutorē .veluti mater.aut extrane⁹.Aut talis p̄sona cui non pōt dari. veluti pater filio non

existenti in ptate: aut codicillis nõ ꝓfirmatis: tũc qõ deficit replek a ꝓsula ti ptate. Et ꝑ talis tutor ꝑ iudicẽ cõfirmari. Et si q̃dem pater fuit qui de berit: amplius nihil inq̃rit qui ꝑest: sz simpliciter eũ ꝓfirmat sine satisdatione siue inq̃sitiõe. Si aũt alius q̃s dederat: tũc inq̃rit psonã si ẽ apta In ꝓfirmãdo aũt tutore. ꝑtor inq̃rere debet an patris volũtas durauerit: vel an improbitas morũ ipius tutoris. ꝓus ignorata vl celata. emersit: vel inimicicie cum patre exarserint.

De legittimis tutoribus.

Legittime tutele sunt q̃ delate sunt agnatis ⁊ ꝯsanguineis. Itẽ patronis. id ẽ bis q̃ ad legittimã hereditatẽ admitti pñt. Et bi dicũt legittimi tutores. qz lex. rij. tab. eos dat. ⁊ habuit in hoc lex summã prudẽtiam: vt bi q̃ sperarent successionẽ pupilli si mozereꝯ. ijdem etiaz tuerenꝯ bona ne dilapidarenꝯ. Sunt aũt agnati. q̃ p virilis sexus psonas cognatiõe oiuncti sunt. quasi a patre cognati. veluti frater eodẽ ꝑre natꝰ. fratris filiꝰ. nepos ve er eo. Itẽ patruꝰ ⁊ patrui filiꝰ ⁊ nepos. Hodie aũt inter agnatos ⁊ cognatos q̃ ad tutelã. nulla ẽ differẽtia. Sz q̃ primior ẽ: sicut in successione vlteriorẽ repellit: ita ⁊ ĩ tutela onus subeat. dũmodo nullo defectu etatis. vel morbi sint impediti. in auẽ. de here. ab intes. §. ex his. collꝰ. ix.

De tutoribꝰ ⁊ curatoribꝰ datis ab his q̃ ius dandi habent q̃ ⁊ in q̃bus causis specialiter dari possunt.

Deficiẽte tutore testamentario vel legittimo: olim dabaꝯ tutor ex lege attilia. p q̃ torẽ cũ tribunis in ciuitate romana. Jn puincijs aũt ex lege iulia ⁊ ticia p psides. q̃ ꝓpterea datiuus appellatꝰ erat. qz specialiter a iudice datus. quotiẽs etiã spes erat testamẽtarij tutoris forte sub ꝓditione aut die certo dati: iterim tutor datiuꝰ ĩ locũ eiꝰ substituebaꝯ: donec cessaret impedimentũ testamẽtarij. Hodie aũt iure nouo. desierũt tutores dari ex ꝓdictis legibꝰ. Et rome q̃dẽ ꝑfectus ⁊ ptor: in puincijs xo pses ⁊ magistratꝰ eius iussu si facultates pupilli non sunt magne danꝯ tutores Et si q̃dem facultates pupilli se extendũt vsq; ad q̃ngentos solidos: pñt dari tutores a quocũq; magistratu. etiã sine iussione psidum: recepta tñ cautione rem pupilli saluã fore. de hoc insti. de attill. tu. p to.

Quid petãt tutores ⁊ curatores: ⁊ vbi petanꝯ.

Quidã sunt q̃ minoribꝰ: nõ habẽtibꝰ tutores vel curatores q̃ ex legibꝰ eoz sint defensores: ex necessitate tutores petunt: vt sunt oẽs q̃ impuberi pñt succedere: etiã mr impuberis Et ꝓfestim ẽ petitio tutoris faciẽda. id ẽ vbi ꝓmũ potuit q̃s: hoc ẽ ptoris habuit copiã huic rei sedẽtis. nisi forte infirmitate q̃s detineaꝯ vel alia magna causa Et idẽ in curatoribꝰ impubex vel furiosoꝝ vel vẽtris ẽ intelligendũ. Itẽ liberti impuberis ex necessitate petũt ei tutores: ipi eñ de hoc accusati puniũꝯ ⁊ emendaꝯ. si appareat ꝓpter negligentiã. vel maliciã nõ petijsse tutores. ſ. e. l. greca si minores Itẽ ex necessitate petũt sibi curatores. adolescẽtes in lite. C. e. l. j. ⁊ insti. de cura. §. utẽ iuniti. Sunt ⁊ alij q̃ petunt ex volũtate vt cognati ⁊ affines

ꝛ familiares parentū.ꝛ amici eoꝝ.ꝛ educatores ipoꝝ puerorꝝ dic.l. si mi-
nores. Sunt autē petendi tu. vel cu. minorib⁹ in eo loco vnde ipi ducunt
originē vel ex psona sua vel ex psona patris. vel si vulgo cōceptꝰ essent ex
psona matris. ꝛ in eo loco vbi sunt eorum facultates. Si etiam alibi mora
tur vel habent domicilium etiaꝫ ibi recipiūt supra ti. pri. l. j. §. qō. de hoc
C. vbi tu. pe. pe. p to.

De administratione ꝛ periculo tutorū vel curatorū qui gesserunt vel non. et de agentibus vel cōueniendis ab vno vel a pluribus.

Solent tutores cogi extra ordinē id est officio iudicis ad gerendū atq; administrandū tutelā: ꝛ si nō voluerint ꝑt iudex eos captis pignorib⁹ vel indicta mulcta. aut bāno cohercere. supra si qs ius di. nō ob. l. vna. ꝛ in-
sti. de satis. tu. §. vl. Debet autē quiuis tutor vel curator administrare. fac-
to ꝑus mox postq; ordinatus fuerit tutor a se publico inuētario. ꝛ fm so-
litum mōrē facta ꝑus sibi traditiōe rerū. Nisi testatores q; substantiā trās
mittūt specialiter inuentariū ꝓscribi vetauerūt. C. ar. tu. l. vl. §. vl. Itē de
bet administrare tutor vel curator. ꝑstito iuramēto de rebus minoris vti
liter agendis. ꝛ fit hoc iuramentū tūc cū celebrat decretū qō tradit ei cu-
rā. in auē. vt bi q ob. p. ba. res mi. §. vl. nō g debet ꝑtermittere q putaue-
rit vtila minori: neq; admittere q nō vtilia estimauerit. C. de epi. an. l. de
creationib⁹. Itē debet tūc satisdare pupillo vel alteri eius noīe rem pup.
sal. fo. nisi sit testamētarius. vel cū inq̄sitiōe datus. alioqn non ꝑt admini
strare. neq; aliquid ex bonis pupilli alienare. C. de tu. vel cu. qui sa. non
de. l. j. iij. ꝛ vl. Si autem fuerint plures quis tunc geret habetur inſti. de
satis. tu. per to.

De auctoritate ꝛ cōsensu tutorum.

Pupill⁹ ex oī ꝓtractu sine tutoris auctoritate celebrato obligari non
potest: neq; vllū actum gerere p quem cōdicio eius deterior fiat. Est ergo
in quibusdam casibus tutoris auctoritas necessaria pupillis. quibusdam
non est necessaria. Nam si qd dari sibi stipulet pupill⁹: non est necessaria
auctoritas tutoris. qz ꝓditionē suam meliorē facere ꝑt sine auctoritate cu
inscūq;. Si aūt pupilli alijs ꝑmittāt vel patrimoniū eoꝝ diminuit: neces-
saria ē auctoritas tutoris. qz rem suā nō aliē deteriorē facere pōt. q; si tu-
toris accesserit auctoritas. Et ideo nullā obligationē pupill⁹ ꝓtrahere. ne
q; hereditatē adire: neq; fideicōmissum agnoscere: sine tutoris auctorita-
te ꝑt. Et tutor interponens suū ꝓsensum. debet statim in ipo negocio pōs
esse. ꝛ approbare qō agit. post tps vero. aut p epl̄am interposita eius au-
ctoritas nihil agit. Est aūt ꝑstare auctoritatē. cuj qs dicit se ꝓbare id q
agit: hoc est em auctorem fieri. ſ. e. l. etiam.

Qñ ex facto tutoris vel curatores minoris agere vel cōueniri possunt.

Si tutor vel curator ex pecunia pupilli cui⁹ negocia admīstrāt. mutuo
dederint: vel p̄dia suo noīe emerint: datur minori. id est pupillo cuius ea
pecunia fuit actio ad rem vēdicādā: vel mutuā pecuniā exigendā. Dolus

aũt tutor. pupillo neq; nocere neq; pdesse debet: qõ vex est qñ ex fraude illi⁹. pupill⁹ nõ ẽ fact⁹ locupletior. Regulare tñ ẽ. q; ex pacto alteri⁹ alteri nõ dat actio. ff. de re. iu. l. q̃ tutela. Jdẽ itellecturi in adulto ꝛ curatore

De suspectis tutoribus ꝛ curatoribus.

Suspectũ tutorẽ dicim⁹. q̃ moribꝰ talis ẽ vt suspect⁹ sit. Enimuero tutor vel curator. q̃uis paup ẽ. fideles tñ ꝛ diligẽs. remouẽdus nõ ẽ quasi suspect⁹. insti. e. §. vl. ꝛ. ff. e. l. suspectũ. ꝛ. C. e. l. j. Sic q̃ tutorẽ suspectum nõ facultates. sꝫ fraudulẽta vl callida uersatio in reb⁹ pupillarib⁹ cõmẽ dat. Et ex oñi genere tutor siue testamẽtarij sint. siue legittimi. siue etiã datiui. pñt tanq̃ suspecti remoueri. Et ẽ hec actio q̃si publica. id ẽ oĩb⁹ patens. q̃nimo etiã mulieres admittũt: sꝫ he sole q̃ pietat s necessitudie mouent: vt mr̃ nutrix. auia. ꝛ soror. ꝛ si q̃ sit filis q̃ sex⁹ verecũdiã nõ trãsgredit vt fecit calphurnia: sꝫ pietate q̃dam iniuriã pupilli ꝓtinere no pt. imo etiã tutor suũ ꝓtutorẽ suspectũ facere pt. Et q̃ remouet tãq̃ suspect⁹: si ob dolũ remouet. ẽ infamis. Si ob culpã. i. negligẽtiã nõ erit infamis.

Liber Vicesimusseptimus et tertius huius

De excusationib⁹ ꝛ tẽporibus eaꝝ.

Xcusant a tutela q̃dã in ppetuũ vt mut⁹ ꝛ surdus. q̃daꝫ ad tps. miores ꝛ furiosi q̃ hñt dilucida iterualla Sũt ꝛ alie multe cause ppt quas tutores vel curatores excusant: qꝫ tres liberi rome: ꝛ quattuor ĩ italia: ꝛ q̃nq; ĩ puincijs pstãt excusatiões a tutela Jtẽ ꝓcurator fisci excusat. Jtẽ absens reip. cã a tutela vel cura neua totuꝫ excusat. ab antiq̃ Xo nõ. nisi durante absentia. Jtẽ hñs publicã ptãtez a tutela excusat. Jtẽ hñs litẽ cũ pupillo vel oĩb⁹ bonis vel maiori pte excusat. Item tres tutele onerose nõ affectate. diuersoꝝ patrimonioꝝ tãdiu pstãt excusationẽ q̃diu durãt. Qui ꝓbat se ita pauperẽ q; tutele vel cure suꝑesse non pt hꝫ excusatiões. Jtẽ infirmitas pstat excusatiões. Jtẽ hõ simpler ꝛ ignarus lrãꝝ hꝫ excusatiões. Jtẽ inimicicie capitales de q̃b⁹ nõ ẽ facta recõciliatio. pstat vacatiões. Maior. lxx. annis a tutela se excusat. Maior autez xxv. an. etiã volẽs nõ admittit. Jdẽ obtuat ꝛ ĩ milite ꝛ ĩ militãte. Jtẽ docẽs grãmaticã. rhetoricã. vel medicinã rome. vel ĩ patria. int⁹ statutũ numer excusat. Qui aũt hꝫ mltas excusatiões ꝛ vnã ꝓponit quã non ꝓbat pt itra statuta tpa aliã ꝓponere ꝛ ꝓbare. Sunt aũt tpa statuta ĩ iure: qꝫ pstitut⁹ itra cẽtesimũ lapidẽ id ẽ miliare: hꝫ q̃nquaginta dies ad ꝓbãdũ excusatiões a die sciẽtie. Cõstitut⁹ Xo vltra hꝫ vnã dietã: p q̃libet. xx. miliari. ꝛ insup. xxx. dies: ita tñ q; sp nõ sint pauciores q̃ q̃nq̃ginta dies.

Vbi pupill⁹ educari vl mozari debeat. ꝛ de alimẽtis eis pstandis.

Disceptat q̃nq; int⁹ cognatos vel familiares impuberis. vl int⁹ q̃scũq; vb pupill⁹ mozari vel educari debeat. an ĩ domo tutoris. vel quondã paterna ideo necessariũ ẽ ptorẽ causa cognita id statuere. id ẽ vt nõ apud eum qui

insidiaret pudicicie ipi⁹ impuberis. ſ. e. l. pe. Itē ⁊ ſi teſtator in teſtamēto cauiſſet vt fili⁹ educet apud ſubſtitutū: tñ ꝓtor eſtimabit ꝑſentib⁹ ꝓpinqs liberoꝝ. an id pupillo expediat. hoc em̄ curabit ꝓtor vt ſine vlla maligna ſuſpitiōe alat partus ⁊ educet: ⁊ ei ꝓcedat educationē. q̄ maiori affectione erga pupillū moueat. ⁊ ita vel ex ꝑſona. vel ex ꝓdictiōe. vel ex tpe ſtatuet vbi poti⁹ ſit alēdus: ꝓſiderando qualitatē ⁊ conditionē ꝑſonaꝝ. ⁊ an eo tpe q̄ pupillus educat apud te poſſis ei ſuccedere. Jn ꝑmis tñ matri pupilloꝝ educationē debet ꝓcedere ſi nō vitricū ſupinduxerit eis. ſ. e. l. j. j. rñ. ⁊. C. e. l. ⁊. ij. Et ne tutores vel curatores ꝓtroverſiā habeant q̄ſi amplius dederint noīe alimentoꝝ q̄ꝑ patiat pupilli ſubſtātia: poſtulēt vt arbitrio ꝓtoris alimēta ꝑ mō facultatū pupillis vel iuuenib⁹ ꝓſtituantur C. e. l. vl. Jn q̄ attendendū ē. vtrū ſint pupilli egeni. an diuites. an mediocriter ſe habentes Et ſemp ita ſingulis annis expendi iubere vt aliquid ex redditu ſupſit. l. ius alimentoꝝ. ſ. e.

De tutelis ⁊ rationibus diſtrahendis. ⁊ vtili curationis cauſa actione.

De tribus actionib⁹ tractat hic ti. ꝑmo de actione tutele directa: q̄ naſcit finita tutela. finit aūt nō ſolū pubertate ſ3 etiā morte tutoris vl pupilli. Et aliis modis de q̄bus inſti. qui. mo. tu. finit ꝑ to. ⁊ quid in ea veniat ꝺr hic. ⁊. C. arbi. tu. ꝑ to. Scō tractat hic ti. de quadaꝝ actiōe: q̄ ꝺr actio de ratiocinijs diſtrahendis. de qua. ſ. l. j. §. de rationib⁹. ⁊ dat ꝓtra tutorem ꝑ his q̄ ſibi reliquit in duplū. Et actiōe de rōnibus diſtrahendis nemo tenet. niſi q̄ in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abſtulerit dolo. vl nō dolo vt qz credebat ſibi licere. vel pupillū ꝓceſſuꝝ. q̄ ſi furādi aīo fecit etiā furti tenet. l. ij. ſ. e. Tertio tractat de actiōe cure. id ē de actiōe vtili negotioꝝ geſtoꝝ q̄ dat ī curatorē. ſ. e. l. ſi tutele. Et ſunt iſte actiōes ſepate ⁊ vna aliā tollit. nā ſi vna ē actū nō ageꝫ alia. ⁊ econtra.

De cōtraria ⁊ vtili actione tutele.

Sicut finita tutela pupill⁹ habet directā actiōem tutele ꝑ mala vel inutili aut negligēti adminiſtratiōe tutoris. Jta ⁊ ꝓtrariā tutele actiōem p̄ tor ꝓpoſuit. Jnduritq̄ ī vſum. vt facili⁹ tutores ad adminiſtratiōez accederent. poſtq̄ ſcirēt pupillū quēq̄ ſibi obligatū fore ex admiſtratiōe Et iſte introduxit hanc actionē ꝓtor. vt ꝓuocaret tutores q̄ promptius de ſuo aliquid ꝑ pupillis impendant. dū ſciunt ſe recepturos id quod impenderint. Et cōpetit hec actio non ſolū tutori. verūetiam ei q̄ ꝑ tutore negocia geſſit etiaꝫ ſi curator ſit vel pupilli. vel adoleſcētis vel furioſi. vel ꝓdigi. vel curator ventris: ⁊ ceteris oīb⁹ curationib⁹ ex ijſdem cauſis dandū ē ꝓtrariū iudiciū Et durāte tutela nō cōpetit: ſ3 tūc demū finita tutela. ſicut ⁊ actio tutele. Et veniūt in hoc iudicio ea tñ que in pupillū vel in rem ei⁹ impenſa ſunt: verū ea que debebant alias tutori puta a pre pupilli. cuiꝫ ꝑ eis integra ſit actio. nō deducunt in ꝓtrarium iudiciū. niſi tutor ido ceſſauit exigere. qz tutor erat: nam ſicuti quodcūq̄ aliud geſſit ꝑ vtilitate pupilli. id ꝓtrario iudicio ꝓſequit: ita etiaꝫ id quod ſibi debet ꝓſequi debet

vel eius securitatē. ſ. e. l. j. §. an in hoc.

De eo q̄ p tutore vel curatore negocia gessit.

Due sunt ptes huius tituli. vna ē p tutore. alia p curatore sic ꝛ. C. de neg. gest. l. q̄ pupilli. Et necessario pposuit ptor actionē p tutore: qr plerūq; incertū est pupillo vtrū q̄s tutor vere existat: an quasi tutor. cū tutor non sit. p tutore administrauerit tutelā. Idcirco in vtrāq; causaz actionē scripsit: vt siue tutor ē. siue nō sit qui gessit: tamē tenetur actiōe p tutele. Pro tutore autē negocia gerit: qui officio tutoris fungit in re impuberis siue se putet tutorem: siue scit non esse. fingit tamē se esse. Et qui p tutore negocia gerit: eādem fidem ꝛ diligentiaz p̄stat. quā tutor p̄staret. q̄ autē p̄stet tutor. ꝛ supra de tu. ꝛ ra. dis. l. j. in p̄n. ꝛ. C. ar. tu. l. quicquid. ꝛ. ſ. de admi. tu. diximus. Et ei qui pro tutore negocia gessit. datur contraria actio tutele. de qua ſ. ti. pri.

Quod falso tutore auctore gestū esse dicetur.

Sepe ptrahentes decipiunt. dū falsus tutor adhibet. Ideo introductuz est hoc edictuz: cuius verba hec sunt. inqnit ptor. qō falso tutore auctore. q̄ tutor non fuerit gestum erit. dabo in integrū restitutionē. Et sunt tria remedia ex hoc edicto pdita. Unū contra ipm dolosuz tutorē. ſ. e. l. nonissime. in p̄n. Aliud cōtra eum qui dolo fecit vt non tutor. auctoritatē interponat. ſ. e. l. huius actiois. Tertiū ē de restitutione in integrū. danda cō trahenti cū pupillo falso tutore auctore. vt non noceat ei quod egit cū pupillo falso tutore auctore: vel cum ipo tutore falso. ꝛ de hac restitutiōe. ꝛ ſ. l. j. §. fi. ꝛ. l. ſe. Et differt hic titul⁹ a superiori primo. quia hic cōsulit contrahenti cum pupillo falso tutore auctore. alius ip̄i pupillo p̄spicit. Item alius locū hz siue sciat se non esse tutorē. siue credat se esse cū nō sit. vt dictū ē ſ rubro. pr. Hāc tm̄ qn̄ scit se nō esse. ſ. e. l. nouissime. in p̄n.

De fideiussoribus: ꝛ nominatoribus. ꝛ heredibus tutorum vel curatorum.

Quāuis heres tutoris tutor non sit: tamē ea que p defunctū tutorē inchoata sunt: p heredem explicari debent. ꝛ de eo quod penes tutorē fuit. heres quoq; eius reddere debet rōnem. Est autem aliud postulare tutorē aliud noīare. Nam postulare tutorem videt q̄ p alium postulat cozā iudice qui dare debet. Sz nominare int̄ absentes fit: vt quādo magistrat⁹ mittit noīa quozudā p̄sidi quasi fuit idonei vt ſ de tu. ꝛ cu. da. ab his. l. diu⁹ Nam ꝛ hi tenent int̄ solidū. vt. C. de magi. con. l. j. ꝛ. iiij. Et q̄ postulat tenet etiā nisi sit femina. C. de admi. tu. l. fi. §. plonis. Siliter ꝛ fideiussor ꝛ heredes fideiussoris ad eandē rōnem tenent ad quā ꝛ ipe tutor. Et hoc si ipi fideiussores a tutorib⁹ noīati pntes fuerint ꝛ nō ptradixerūt: ꝛ nomia sua i acta publica scribi passi sunt. Et in eadē cā sunt affirmatores tutorū q̄ scz tutores idoneos esse affirmauerāt. hi em̄ fideiussoz vicē sustinent.

De magistratib⁹ cōuenīēdis: ꝛ eoz heredibus.

¶Popularē accōem dicim⁹ q̄ ſuū ius id eſt ꝓpriū populi teneť vt ī albo corrupto. ſ. de iur. om. iud. l. ſi q̄s id. ⁊ in accōe in factū. de deiec. ⁊ effu. l. ſi x̄o. §. hec aūt. Et regulariter populares dicunt accōes q̄ nō ſunt rei familiaris ꝓſecutorie: ſed ex equo⁊ bono extrinſec⁹ ad vindictā ꝓpoſite ſunt qualis ē accō ſepulchri vio. l. iij. §. ſi. de ſep. vi. Itē accō liberi homis occiſi vel vulnerati. ſ. de deiec. ⁊. effu. l. ſi vero. §. hec aūt accō. Item ꝓ eo q̄ ꝓpoſitū eſt in ſubgrūda vel ꝓtecto: vel meniano vel ꝓ gula dic. l. ſi x̄o. §. ꝓtor ⁊ omnes oīo accōes in factū q̄ reddunt hodie loco interdictor ꝓdiorū ſ rebus publicis populares ſunt. ſ. ne qđ ī lo. pub. l. ij. §. hoc iterdictū Et ideo cuilibz ſ populo ꝓcedūt cū ꝓtoris tū idagine. ſ. l. ij. Sane ſm R. popularis accō dicit q̄ cuiuis ex populo dat. Cū x̄o ꝓuatum ſit crimē qđ obijcit: ei dūtaxat intendere licz: cui⁹ intereſt. nō ꝓpter pecuniā exigēdā: ſed ꝓpter penā corpora lē infligēdā. pecuniaria x̄o petitio ſi ꝓpetat: cuilibet de populo dat: inſpecta ꝑſona q̄ ad agendū admittit: cui⁹ opinionis ⁊ an ſit idonior: vel cui⁹ interſit ꝓncipaliter que ipa fieri deſiderat. ita dicit glo. hic ſuper rubro. Semper em̄ is cuius intereſt ꝑferē in popularib⁹ accōnibus. ſ. l. iij. in fi. Omnes q̄q; populares accōes neq; in heredes dant neq;. ſ. annū extendunt. ſ. l. fi.

Liber XLVIII. et decim⁹ hu.

De publicis iudicijs

Ē accuſationibus q̄ pecuniariter mouent ſ dictum ē. Itē qđ ſ ꝓuatis crimib⁹. vt furto: iniuria: rapīa. Hex qz q̄q; fiūt de criminib⁹ accuſatōes ⁊ iſcriptiones: pōit ꝓmo de criminibus publicis: ⁊ que ſint. Et exponit publicis iudicijs: id eſt legib⁹ publicor iudicior: vel id ē accuſationib⁹ publicor iudicior: quor accuſatio eſt terribilis ad vindictā et publica id ē populica ſiue popularſ. vt. inſti. e. ī ꝓn. q̄uis q̄q; idonior admittat vt diximus ſ. ti. ꝓx. Et ē hic liber terribilis vt dicit textus. C.

de ve iur enu. l. ij. §. septimus. Mō aūt oīa iudicia in q̄b⁹ crimē vertit̄ pub lica sunt: Sed ea tm̄ q̄ ex legib⁹ iudicior̄ publicor̄ veniunt. vt Julia maie Julia de adul. Cornelia de sicca. ⁊ veneficis. pōpeia de parrici. Julia pe cula. Corne. de testamētis. Julia de vi. pub. Julia de vi. priua. Julia am bitus. Julia reptū. Julia de annona. Et dicit̄ trib⁹ modis publicū: vno modo largissime. vt omne iudiciū qō fit ad vindictā siue ad vtilitatē pub licam dicit̄ publicū. ita accipit̄ in. l. interdictū. ff. e. ⁊. l. licitatio. §. qō illic te s̄ de pub. ⁊ vec. Aliomō dicit̄ large q̄ libet de populo pōt accusare. Ita accipit̄ insti. de suspec. tu. §. ꝓseq̄ns. Circa hoc dat Bar. i. l. j. ff. e. vnā regulam q⁹ omne iudiciū qō non respicit offensam certe ꝓsone ꝑncipaliť: de illo p̄t accusare q̄libz de populo. Exemplū dicit statutū Basilien. sūma ratōe ac singularis religionis intuitu hoc āno factū: vtinā duraturū: q⁹ si quis iurauerit p corp⁹ xp̄i aut ei⁹ mēbra: soluat quīq̄ solidos. Istud nō respicit offensam certe ꝓsone ꝑncipaliter: sz malos mores: ideo q̄libz pōt accusare. Ita loq̄t lex senat⁹ s̄ de iniur. Tertio accipit̄ publicū iudicium stricte. ⁊ ita accipit̄ in toto isto titulo. vt. ff. l. j. Et ista sunt iudicia ex q̄bus damnat⁹ statim efficit̄ infamis. l. j. §. de his q̄ no. infa. Aīn non sequit̄ q̄ libet accusare pōt: ergo ē publicū iudicium. put accipit̄ hic vt fiat īfamis. ⁊ sic stricte publicū iudiciū ⁊ ita sentit Azo in sum. hui⁹ ti. Publicor̄ iudi ciorum: quedā capitalia sunt: quedā nō capitalia. Capitalia sunt ex q̄b⁹ pe na mors aut exilii⁹ est: hoc ē aque ⁊ ignis interdictio: p has em̄ penas exi mit̄ caput de ciuitate. Nam cetera nō exilia sed relegatiōes ꝓprie dicun tur: nec em̄ ⁊ ciuitas retinet̄. Non capitalia sunt ex q̄b⁹ pecuniaria: aut in corpus aliqua coercio: pena est.

De accusationibus ⁊ inscriptionib⁹.

Dictū est de his q̄ ad accusatiōē admittunt̄: nūc ō accusationib⁹. Est aūt accusatio nihil aliud q̄ reuz crimis p libellū deferre vel facere ad vin dictā vt colligit̄. C. e. cū ratiōib⁹ ⁊. l. q̄ ignorat. ⁊. l. si quis ex fam. ⁊. ff. e. l. libellor̄. ⁊. de pua. delic. §. l. vl. Et est accusator necessarius vbicūq⁹ cri minis vel delicti accusatio ē admissa in publico vel priuato crimine. C. e. l. vl. ⁊. ff. e. l. si cui ⁊ vbicūq⁹ de honore adimendo tractat̄. ff. de mu. ⁊ ho. l. rescripto. §. si quis. Trib⁹ em̄ modis ꝓcedit̄ sup crimīe: p accusationē sc̄z: inquisitionē ⁊ denuciatōez. ⁊ sicut isti modi sunt iter se diuersi ⁊ ad di uersum finem tēdūt. Ita ⁊ diuersimode instituunt̄ ⁊ exercent̄ vt in extra ua. ad rēpmendū: quomō ꝓtra cri. le. ma. p. coll. xi. Aīn in eis tradit̄ talis regula. Sicut accusationē p̄cedere dz inscriptio. ita ⁊ inq̄sitionē fama: ⁊ dō nunciationē fraterna monitio vt in. c. q̄liter ⁊ q̄n. ij. de accu. ⁊ in. c. licz he ly de simo. Qui ergo ad accusandū aliquē de crimīe ꝓcedit. debz se inscri bere: id ē ascribere solemnit̄: ad penā talionis: que talis est: vt sicille in ac cusatione defecerit: q⁹ eādem penā sufferat ⁊ sustineat: q̄ sustinere debuis set is: quē accusare volebat ⁊ puniri. l. fi. C. e. ti. Et debz accusatiōez suaz tradere in scriptis cū iscriptiōe nomis accusāt̄ ⁊ accusati: ⁊ crimīe ⁊ men se quo ꝓmissum est crimen. ⁊ loco admissi criminis: ⁊ ꝓsulibus sub q̄bus ē admissuz. ff. e. libellor̄ in ꝑn. ⁊. in aut. de exhi. reis. §. fuscepto. Oblato au tem libello dabit̄ dilatio ad deliberādū xx. diez. Deliberatione facta ꝓpa

rere debet accusator & accusat⁹. & lis testari: atq; opponi exceptiones accusanti: si q̄ reo ꝓpetant. Q̄ si nō fiat. et ex interuallo p⁹ litē ꝯ. eas opponat: nō potest: quia lite ꝯ. recipit nomē accusati inter reos vel ſtatim vel postea incōtinenti. C. ad. l. iul' de adul. l. adulterā: & ī. l. ſi marit⁹. §. pscriptio. e. ti. ff. postmodū ꝓbationē apertā debet accusator in causa ꝓducere vt non emendicatis ſuffragijs decretoꝝ vel relationū credat iudex. C. de ꝓba. ſciant. & C. e. ſingulis.

De custodia & exhibitione reoꝝ.

De custodia reoꝝ iudex estimare ſolet vtrū in carcerē ſit recipienda ꝑſona accusata: vel non. Et cū tali distinctione. Aut accusatus ꝓfitet de crimine & tunc ponendus ē in carcere. ſ. l. ſi ꝓfessus: & ex tunc cito ꝓdemnet vt tñ ite & ite ꝓfiteat. C. e. l. ſi in ea. & l. fi. Aut diffitet. & tūc aut ē graue ſcelus: & ponit in carcerē. ſ. e. diu⁹: & interim custodit ſm formā q̄ habet. C. e. l. j. & l. q̄nā. Si vero nō adeo graue est crimē. omittit alias custodiend⁹ & maxime ſi fideiuſſores dat. q; nō est in vincula cōijciendus is qui fideiuſſores dare parat⁹ ſit: niſi valde graue ſcelus admiſerit vt in. l. diuus pi⁹. ſ. e. p̄ igit iudex ꝓ crimis qō obijcit accusato q̄litate: vel ꝓpē honorem quē habet accusat⁹: vel ꝓpē ampliſſimas facultates: vel ꝓ innocētia ꝑſone q; talis ē ꝑſona q̄ ꝓma facie videt & ꝑſumit innocēs: vel ꝓ dignitate ei⁹ q̄ accusat: facere talē exhibitionē q̄n ſcel⁹ nō ē graue. Q̄n aūt graue ē tunc mittit ſp in carcerē. Maſculi aūt tm̄ recipiunt in carcere & recepti diligēter custodiendi ſunt a stratoribꝰ q̄ eis ſternūt lectos & minis tris eoꝝ. & a ꝓmetariensib⁹ q̄ comitant captiuos: & eoꝝ habēt custodiam & obſeruationē. Et cū humanitate quadā iſti omnes debēt tractare incarceratos nec debent accusatoribꝰ crudelitatē ſuā vēdere p̄cio: vel grā: affligendi incarceratos fame vel anguſtia. vel ſiti vel longa tabe ſubtrahēdo eos audientie: q; neminē audiūt: & a nemīe audiunt clamātes. Sinautem ꝓtra hec fecerint: iudex debet eis infligere capitalē penā: alioquin infamatur iudex: & periculū ſubibit ꝓ motu ſuꝑioꝝ s iudicꝭ. Si aūt incarcerat⁹ euaſit de custodia: patit custos eādē penā q̄ pateret carcerat⁹. C. e. l. ad cometariēſes. niſi custos ꝓbauerit incarceratū euaſiſſe caſu fortuito. ſ. e. l. vl.

Ad legem Iuliam maieſtatis.

Pessimus ſacrilegio crimē est qō maieſtatis dicit. Est aūt crimē leſema. vbicūq; quis aduerſus populū romanū: id est aduerſus ꝓncipē et ei⁹ ſecuritatē cōmittit. vbi cōtra vrbem aliq̄d molit: vel q̄ ꝓfugit ad hoſtes: vel q̄ hoſtes q̄litercūq; iuuat vel armis vel pecunia vel ꝓſilio. vel q̄ ſubiectas puincias nitit facere rebelles: vel q̄ ſeditionē mouet ī ciuitate vel q̄ magiſtrat⁹ occidant: vel ꝓnceps: vel q̄ circa latus ei⁹ militāt. vel q̄ arma ſumit vel occupat loca ꝓtra remp. Et dicit lex iulia q; a iulio inuenta. Maieſtatis aūt q; ſumma maieſtas & imperij vl' poteſtas ledit. pena aūt cōmittētiū hoc crimē est vt habeat in. l. eoꝝ iūcta glo. ſ. e. Et appellat hoc crimen ꝓduellionis: q; ꝓbatio hui⁹ crimis vt q̄dā dicūt ꝓ duellū admittebatur & nō in alio caſu. Alij dicūt & meli⁹ q; 'ꝓduelles dicūt hoſtes plau.

in amphi. pduelles se in fugã penetrãt. sic. ff. de. xp. sig. quos nos hostes: Dicit ergo crimẽ pduellionis id ẽ hostile de q̃ insti. de here. ab intes. §. p ptrarium. Est t aliud crimẽ q̃si lese ma. vt in priuati carceris exercitio. vt. C. de priua. car. Et in falsa moneta. C. de fal. mo. l. pe. vbi de boc. §

Ad legem Juliam de adulterijs t stupro.

Precepte pta hui⁹ tituli tradũt s de mino. l. auxiliũ. §. fi. Et est enormi⁹ et excellentius aliis criminib⁹: cũ omne peccatũ ẽ extra corpus: nisi fornicatio fm applm. q̃ em fornicat in corp⁹ suum peccat. Item ex adulterio oia pene crimina pueniũt: violentia iniuria: hõicidiũ: periurij: falsa testimõia. hinc est q̃ nõ licz trãsigere vt. C. de trãs. l. trãsigere. Et dicit hic titul⁹ ad legem iuliã tc. nõ q̃ a iulio fuerit leges inuẽte. Sz q̃a ad supplendũ: inkpretandũ t emendanduz leges Julij cesaris: he leges pdierũt: ideo ad legem iuliam appellat. Mã hec lex lata ẽ a diuo augusto. l. j. ff. e. Est autẽ adulteriũ illicitus coit⁹ cũ vxore spõsa ve aliena ppetrat⁹. Et appellat lex stupzũ t adulteriũ pmiscue. vt in. l. inter liberas. ff. e. Sz pprie adulterium in nuptã cõmittit. ppter partũ ex altero susceptũ: vñ t nomẽ cõpositũ est. Mã dicit adulteriũ quasi ad alteri⁹ thoz accessus. vel q̃si ad alteram transit⁹. Cui⁹ pena ẽ in femia t mare vt habet. C. e. l. quis. Stupzũ xo in virgines aut viduaz omittit. de hoc in. l. inter stupz. ff. de xp. sig. Cuius pena est vt insti. de pub. iudi. §. ij. Incest⁹ aũt ẽ qui cũ pgnata vel affini omittit. ff. e. l. si adulteriũ cũ incestu. §. nõnunq̃. Lenociniũ aũt ẽ cum maritus de adulterio vroris sue aliq̃d ceperit. vel q̃ in adulterio depbensam detinuerit. Nam q̃ patit vroẽ suã delinq̃re: matrimoniuz suũ premnit. Et q̃ de tali ptaminatiõe nõ indignat: merito pena adulterij pfligit. Nam de lenocinio punit q̃s vt adulter vt in. l. ij. §. j. ff. e. t in. l. q̃ domũ.

Ad legẽ Juliam de vi publica.

Quia plerũq̃ adulteria t stupra vi pmittunt. ponit ꝺ vi pub. t pnata. habz aũt locũ lex Julia de vi publica: q̃n cũ armis facta est violẽtia vel aliq̃d qꝺ p violẽtia reputet. puta q̃ arma vel tela domi habuerit vel i agro vel in villa. vel in publico cum telo fuerit. vel hõies in armis habuit cã se defiõis. ff. e. l. j. ij. t iij. Itẽ q̃nq̃ etiã si fiat violẽtia nõ pũit vt si fiat ad defensionem. t incõtinenti: t cũ moderamie culpate tutele. vt dixi. §. de vi t vi. ar. Quoq̃n ille q̃ ẽ expulsus. cuz aliq̃d fecerit ad vindictam. vel cum ex interuallo possessionem suam recupauerit etiam predonem de ea expellendo ciuiliter t criminaliter punit. vt. C. e. l. si quis. t insti. ꝺ pub. iudi. §. item lex iulia. Cum autem incõtinenti quis resistit legittime: in aggredientem redundat culpa omnium delictoz pmissoz tẽpore violencie sine ex pte aggredictis sine aggressi aliq̃s occidat. C. e. l. si crimẽ. Singlos cas in q̃b⁹ locum habet hec lex. nõ psequor. qz euidenter enũerant. ff. e. p totum. pena hui⁹ crimis ẽ aque t ignis interdictio: et deportatio:

ꝛ oiꝰ bonoꝝ publicatio dic.§.lex iulia.insti.de pub.iudi.Fui autem occi⸗ dunt nr̃ ſi inſcio dño.Si vero iubẽte dño dñanẽ in metallũ.C.e.l.ſeruos.

Ad legẽ iuliam de vi priuata

Vis priuata eſt qñ ꝓmittit̃ ſine armis Nec ꝺ ideo p̃uata.quia priuatũ ſit crimẽ.imo publicũ eſt ſemp̃ ſ̃.de pub.iud.l.j.Et eſt eius pena ademptio tercie ptis bonoꝝ.C.e.l.tutoris Et amiſſio dignitatis ꝛ ifamie.ff.e.l.j.ꝛ dic.§.lex iulia de vi.vnde ſolꝫ dici Vis priuata.reũ deponit ab ordine rerũ ſcꝫ tercie ptis ꝛ dignitatis.Sed deportat̃ ſi vis armata ſequat̃.glo.in c. ij.de or.cog.

Ad legem corneliã de ſiccarijs ꝛ veneficis

Quia intentata vi illicita ſepe ꝓmittit̃ homicidiũ.C.ad.l iul.de vi.pub. l.qñ ꝛ de rap.vir.l.j.in ꝓcin.Ideo de ſiccarijs id eſt homicidis videam? Siccarij autẽ dicunt̃ a ſicca:quod eſt ferreus culter vtrinq; ſcindens iſti. de pub.iud.§.Itẽ lex cornelia:vnde videbat̃ q; tm̃ qui cũ ſicca occiderent hoc lege tenerent̃.Sed tm̃ generalius hic accipit̃ ſicca .ſicut ꝛ telũ.p inter ptatoem iuris.vt ꝓtineat ꝛ telũ ꝛ lapidẽ.ꝛ lignũ ꝛ qlibet ferũ . Nam oc cidens hoiem telo.id ẽ quocũq; quod manu mittit̃ .vel q̃ aliquẽ cum telo cauſa occidendi pſequit̃.l.cornelia de ſicca. pũit̃.Et eſt ſicca iſte cultellus vel gladius quẽ portãt pegrini qñq; in bacculo quodã.ita vt nõ appareat vnꝰ dicit̃ Sicca latens mucro eſt: ſiccarius inde vocat̃ Eadem lege damnanẽ etiã capitali ſupplicio veneficiꝰ qui malũ venenũ necãdi hois cã fece rint vel vendiderint vel habuerint.vel qui incãtationibꝫ ꝛ ſuſurris magi cis homines occiderit.Et oliꝫ ꝓmittens in hãc legẽ cor.nõ occidebat̃: ſed deportabat̃ ꝛ oĩa bona ſua publicabanẽ.ff.e.l.eiuſdẽ.§.legis cornelie ꝛ.l. pe.hodie aũt homicidas ferro pſeq̃mur:q; eos occidim? .ꝛ ſic pena legis cor.eſt mors vt no.glo.ij.dic.§.item lex cor.insti.de pub.iud.ꝛ no.ff.l.j. vbi etiã colligunt̃ caſus q̃bus q̃s hac lege tenet̃.

Ad legem pompeiã de paricidijs.

Lege pompeia de paricidijs cauet̃ vt̃ſi q̃s patrẽ matrẽ.auũ auiam fra trem ꝛ ſororẽ .ꝛ ceteros q̃ parẽtũ aut liberoꝝ vocabulo ꝓinẽt̃: aut aliqua affinitatis neceſſitudine iungunt̃:occiderit: vel cui? dolo malo iu factum erit:incidat in hãc aſpꝛimã penã legis põpeie.cui? penã q; põpei? ſtatuit ab eo denomĩata eſt.Sed accuſatioẽꝫ inuenit cornelꝰ ſylla.vt.ſ̃.de orꝺ. iur.l.ij.§.deinde cornelꝰ.Que pena talis eſt:vt neq; gladio neq; ignib? aut alia ſolemni pena puniat̃:Sed inſut? culeo:id ẽ corio vel pelle.cũ ca ne:ꝛ gallogallinatio ꝛ vipera :ꝛ ſimea:in vicinũ mare:vel ĩ amnẽ ꝓiciat̃ vt oĩũ elemẽtoꝝ vſu viu? careat:ꝛ ei celũ ſupſtiti:id ẽ viuo :terra mortuo auferat̃.insti.de pub.iudi.§.alia deinde .Et dicunt̃ paricide: q; parẽ id ẽ equalẽ ſui generis aut ſtirpis occidũt .q̃ ꝛ parẽticide. ꝛ patricide appel lanẽ ſm̃ pciſci.eo q; parentes vel patres occidũt.Sꝫ ꝓmuni? vocabulũ eſt paricida .qõ ad oĉs pſãguineos referri põt et ſic etiã parentibꝫ hoc crimẽ ꝓpetrãtibꝫ ꝓuenire. Et de hoc crimĩe ꝛ pena ponit tulli? in oratiõe ꝓ ſex to roſcio.

Digestum Nouum

Ad legem corneliam de falsis: et de senatusconsulto liboniano.

Senatusconsultū libonianū factū est ad supplendū legē corneliā. Pena aūt legis cornelie ꝺ falsis q̄ etiā testamētaria appellaf. irrogaf i cū q̄ falsū testm fecit. Est aūt falsus īmutatio x̄itatis vt i aue ꝺ istru. cau. i p̄n. coll. vj. t ꝺicit immutatio isto qz falsatores studēt īmutare x̄a. vl imitari ea q̄ x̄a sunt vt falsa videāt verisilia. Locū hz hec lex coꝛ. de falso. ꝓmisso dolo. nō aliter. C. e. nec exemplū. Et ꝓmittit falsum plurib⁹ modis. puta scriptura siue q̄s scribat falsum: siue deleat verū: vt res id ē rei veritas nō appeꝛeat. t ita fecit illegibilē scripturā. nō ꝺistinguo sit testamētū vel aliud istrumentum publicū vel p̄uatus vel vtr̄ sint tabule ceree. vel lignee: vel rōes ff. e. l. j. §. qui in rōib⁹. t. l. paul⁹. §. paulus. Item ꝓmittit ꝺicto. veluti in teste falsum asserēte vel variū testimoniū ferēte. Et iudice sciēter ꝓtra constitutōes iniquū iudicāte. t qui ad p̄ꝺicta ꝓsiliū vel opē p̄stiterūt vt si iudicē vel testem coꝛruperūt. t q̄ falsis legibus vtit in allegādo. ff. e. l. j. §. itez. t. §. sz. t si q̄s. Et eius pena est ꝺepoꝛtatio in liberis hominib⁹ et oim̄ bonoꝛū publicatio. In seruis aūt vltimū supplicīū: sicut t in lege de sicariis t veneficis obseruaf. l. j. §. fi. ff. e. t insti. de pub. iudi. §. item lex cornelia. Liboniānum aūt senatusconsultum locū habet: cum q̄s pecuniā recepit vl ꝺe ea pactus est p aduocatiōe vel testimōio instruendo. vel si societatē feceꝛit p innocētū obligatiōe vt. ff. e. l. j. t. §. ad. l. iul. ꝺe vi. p̄ri. l. ex senatus. t ꝺe ꝓcus. l. ij. Item locū habet cū quis ex testamento militis sibi legatū ascribit. ꝺe quo p Spe. de fide. instru. §. ad hec.

Ad legem Juliam repetundarum.

Hec lex locū habet cum is qui habet publicum officiū pecunia ꝺata vel ꝓmissa sibi: aliquid facit: q̄ facere non ꝺebet: vel omittit q̄ facere ꝺebet vt si ob iudicandum: vel nō iudicandū inter accipiat. vel ob sententiaz in senatu ꝓsilioꝝ publico ꝺicendā. vel ob accusandū: vel nō accusandum. vel ob iudicem arbitrūve ꝺandum: mutandū: iubendum vt iudicet vel ob nō ꝺandum. mutandum. iubendum. vel ob hominem in vincula publica ꝓcu tiendum. vinciendum vincirīq̄ iubendum. vel ob hoīem ex viculis ꝺimittendū. vel ob hoīem necandum. vel absoluendū: vel litē estimandam. vel ob iudicium capitis pecunieve faciendum. vel non faciendum. vel ob mili tem legendū mittendūve. Et generalis subijcit clā. vt vrbani mgr̄at⁹ ab omni soꝛde abstineant. Neue ꝺoni aut munerī i anno pl⁹ accipiāt. q̄ q sit centum aureoꝝ. Nisi a ꝓsonis exceptis a quibus lex inbet accipe. puta a ꝓsobrinis. t bis qui sunt a prioꝛi gradu. t ab vxoꝛe. ff. e. l. j. ij. iij. iiij. v. vj. t. vij. Esculenta tñ t poculēta recipit ab omnib⁹ ꝓsonis: q̄ tñ nō excednnt edulium esum et inter ꝺies p̄rimos p̄ꝺiguntur. id est ꝓsumi possunt s. ꝺe off. p̄co. l. solēt. §. vl. t ꝺe offi. p̄s. l. si forte. Et p hoc ꝺelicto locum habet ꝺuplex querela Ciuilis actio in factū vel ꝺitio ex. l. Et publica accusatō. Actō ꝺaf in q̄ꝺruplū ꝓtra iudicē p eo q̄ ipe vel ei⁹ domestic⁹ vel man-

pularius vel minister accepit. vel rapuit vel abstulit vt. C. e. l. j. ⁊ dz istud quadruplum totum fisci esse. cum danti oblet turpitudo sua ne possit aliquid repetere. ſ. de iur. fis. l. lucius. Est ⁊ publica accusatio inducta ꝓ hoc crimine q̄uis duret officiū nigratus. C. e. iubem⁹. Et dicit repetundarū more latinitatis antique hodie diceremꝰ ꝑpetēdaꝝ. vt dixim⁹ ſ fam. ber.

Ad legem Juliam de annona

Lege iulia de annona pena statuit. que est ſ de extraor. cri. l. annonā Aduersus eū q̄ ptra annonā fecerit. aut societatē coierit quo annona id ē vendicio frugum. vel bonitas fori. carior fieret. vel qui nauem ferentem annonam aut eius nautam retineat vt in. l. ij. ſ. e. Non q̄ hec lex cogat aut cogere possit diuites vt vendant frumentū si non volunt. l. nec emere. C. ſ iure. deli. Sed punit eum qui emit vt postea alijs carius reuendat vt no. glo. in. l. annonā ſ de extraor. cri. ſ alle. Nisi necessitas famis vrgeret q̄ tunc possunt cogi habentes vt vendant. sed iusto precio. l. ij. C. de epi. au. l. j. §. cura carnis ſ de off. p̄fec. vr. Et incidunt in hanc legem. qui vadunt incātando frumentū in platea: ⁊ offerūt pro frumento plus debito. vt alij carius emant Ita dicit bar. in l. ij. §. si quis. ſ. de. cri. stel. q̄ extra ordinē possunt puniri de hoc no. in. c. j. de emp. ⁊ ven. Et est pena statuta in hac lege. xx. aureo. et etiā pena crimis vt le. ⁊ no. in. l. ij. ſ. e.

Ad legē iuliā peculatus et de sacrilegijs et residuis

Lege iulia peculat⁹ caueē de eo qui ex pecunia vel re sacra vel religiosa vt in ornamentis sepulcrorum: vel publica vt fisci vel ciuitatis romane aliquid abstulerit vel interceperit. vel etiam cuius dolo malo id factum est. Et est eius pena. aque et ignis interdictio. In q̄ hodie successit deportatio vt. ſ. l. iij. ⁊ in aur̄. de nup. §. deportatio. Tractāt et de alia lege q̄ dicitur de residuis. que lex iulia locum habet ꝓtra eum apud quem ex locatione emptione. alimentaria ratione aliave qualibet causa. tota pecunia publica vel pars pecunie publice q̄ accepit resedit. Item et eadem lege tenē qui pecuniam publicā in vsum aliquē acceptā retinuit. nec erogauit. vt. ſ l. ij. ⁊. iiij. §. lege. Et incidunt in hanc legem officiales siue camerarij qui habent ex officio publicas pecunias. vel qui habēt vnam collectā impositam in ꝑticulū destinatā pro vsu et necessitate cōmuni. et finito officio sibi retinent. vel eandem pecuniam ꝑuertunt in alium vsum vt in. l. ij. ſ. e. Et pena huius legis est in tercia parte q̄ accepit amplius q̄ debet. id est punitur in simplo et in tercia parte simpli. ſ. l. iiij. §. sed et qui pecuniā Sacrilegiū aūt fit cū quis rē sacrā interceperit vel sustulerit de loco sacro. vel non sacro Aut cum quis rem non sacram de loco sacro absportauerit. vt in. l. sacrilegi post princi. ſ. e. ¶Penam autem sacrilegij iudex ꝓ qualitate persone. ꝓ rei ꝓditione. temporis. etatis. et sexus: vel seuerius vel clemē eius imponet. Multi eū sacrilegi ad bestias damnati sunt: nonnulli viui

cõbusti. Alij in furca suspensi vt in.l.sacrilegij.ff.e. Nonnunq̃ etiã capite puniti.vt i.l.sacrilegi Est ergo hodie extraordinaria hec pẽa.vt.ff.no. Et dicit sacrilegium.a sacro.et lego quod est furari vel subtrahere.hinc sacrilegus qui sacrum furatur. Vir.in huc.vel que sublegi.id est furat⁹ suꝫ tacitus tibi carmina nuper

Ad legẽ iuliam de ambitu

Hec lex locum habet in quattuor casibus: Primo si quis dederit clam pecuniam vt aliquem sortiat honorem.non in vrbe romana. nam ibi cessat hec lex.cum princeps ibi eligat.l.j.ff.e. Vel si per pces.vt in.l.fi. C.ad.l iul.repe. Ideo dixi clam.quia palam potest dare pecuniam p honore asse quendo sine administratõe tñ. puta vt fiat nobilis. vel comes palatinus vel doctor. Sed cum administratione nullo modo licet dare.nec occulte. nec palam.vt in auten.vt iudi.sin quoquo. suff. p to.et de polli.l.j.§.j.et de off.pñi.l.barbari⁹. Secũdo habet locum cum quis stat in mgr̃atu vltra annuꝫ.vt C.e.l.j. Tercio si quis studiose vel maliciose ingredit domũ iudicis ꝓgnoscentis de causa criminali vt cum eo capter benuolentiã et amiciciam.vt ei in suis causis faueat vt.ff.l.j. Quarto si iudex nouum vectigal instituerit ꝛ exegerit vt in.l.fi.C.no.vec.impo.ꝛc. Nam si exegit tenetur etiã repetundaꝝ Ita dicit Bar.post glo.in.l.j.§.j.ff.e. Et ẽ pena centum aureorum vt.ff.l.j. Sed in casu deportat.qñ scꝫ bis idem officiũ est assecutus.C.e.l.j.nisi non reperent meliores.vt.C.de assess.l.liceat. Item in pconsule.vt ff de off.posul.l antepe. Et dicit de ambitu ab ambio qõ est circuire.et blandimentis iudicem vel mgr̃atus circũuenire. Vir.regẽ ꝙ ambire latinum.ꝛ in c.qꝛ p ambicioſam de rescrip.li.vj.

Ad legem fauiã de plagiarijs

Plagiarius est qui hominẽ liberꝙ aut ingenuum vel libertinũ inuitũ celauerit et vinctum habuerit aut emerit sciens dolo malo.vel libernm hominem donauerit vel in dotẽ dederit.quo crimĩe obnoxius etiã. ẽ qui liberũ vendiderit.vel seruo alieno aut serue psuaserit vt a domĩo vel dña fugiat vel q̃ euꝫ eãve.inuito vel insciente domino vel domĩa celauerit.vinctum habuerit emerit sciens dolo malo.qui ve in ea re socius erit.et eius legis fauie pena tenetur Sed non statim plagiarius est qui seruos alienos inceptos tenet Sed potest furti ꝓtra talẽ agi: vt si opem ad furtũ pstitit.vel quia etiã corrupit vt fugeret. Sed qui surripuit seruũ vt exportatõe dñm celaret.ille plagiarius est vt ff.de.fur.l.fullo.§.qui ancillam.ꝛ.l. non statim.ff.e.ꝛ no.in.l.j.p.glo.ff.e. Et est plagium furtũ alieni mancipij. In de plagiarius qui tale furtum ꝓmittit. Olim erat pena pecuniaria statuta in lege fauia: que hodie in vsu esse desijt: vt in.l.in fuga.C.e.ꝛ.l.fi.ff.e. hodie autem conficti de tali crimĩe: puniuntur p qualitate delicti.ꝛ aliqñ in metallum damnantur quando sunt nobiles. Si autẽ ignobiles gladio. Seruus aũt siue libertus bestijs subijcit vt.C.e.l.fi.

Ad Senatus cōsultū turpſlianū. Et de abolitionibus criminū

Temeritas accuſatoꝝ tribus modis detegit vel deꝑhendit Et ſm hoc tribus penis ſubijcit. Aut em calumniane: aut ꝓuaricane: aut tergiuerſane. Calumniari eſt falſa crimia ſcienter intēdere vt ſ̄ de infa. l. athletas. §. calumniatoꝝ. Et irrogat calūniatoꝝ pena ex lege rhemia. q̄ talis eſt. q̄ ꝑ publico iudicio ſimilitudo ſupplicij: ꝑ extraordinario ꝑ motu iudicis puniē. C. de accu. l. fi. ꝛ de calū. l. fi. ꝛ. ſ̄. e. l. ꝛ in ꝓuatis ¶Prevaricari ꝫo eſt vera crimia abſcondere. ſ̄. de ver. ſig. l. ꝓuaricatores. ꝛ dic. l. athletas. §. ꝓuaricatoꝝ ꝛ ſ̄. de ꝓuar. l. j. Et qualiter punit ꝓuaricatoꝝ habet ſ̄. de ꝓua. l. ij. ꝛ. l. accuſatoꝝ. ꝛ. l. ab impatore. Et ꝓprie iſte ē ꝓuaricator. q̄ colludit cum reo. ꝛ trāſlatiuo munere accuſandi defungit. eo q̄ ꝓprias ꝑbationes diſſimularet. falſas vero excuſatōes vel exceptōes admittet ꝛ recipet tāq̄ bonas. ſ̄. l. j. §. ꝓuaricatore. Tergiuerſari eſt in vniuerſū ab accuſatiōe publici criminis deſiſtere. ſ̄. e. l. ſi quis repetere Et talis incidit i ſenatus ꝓſultū turpilianū. quod turpilio cōſule factū eſt. vt C. e. l. j. Et ē pena eius vt no. ſ̄. de ꝓuar. l. iij. §. fi. ¶Hā quicūq; ab accuſatōe citra abolitionē deſiſtit punit pena turpiliani vt C. de aboli. l. abolitio. Et ꝺr ab accuſatione deſiſtere qui cū aduerſario ſuo de coꝑoſitōe eius criminis q̄ intendebat fuerit locutus ſecū trāſigendo. l. ab accuſatōe. ſ̄. e. Abolitio autē eſt ꝑemptio accuſatiōis. Et fit tribus modis. vno ꝑ ꝓncipē ſponte ſua id facientem puta ꝓpter diē inſignē. id eſt repentinas ferias. aut publicā gratulatōem aut ob rem ꝓſpere geſtā. Altero mō fit ꝑ accuſatoꝝem poſtulantē. Tercio mō fit ꝑ mortē accuſantis. vel accuſati: vel biennio trāſacto ſine culpa accuſatoris. ſ̄. e. l. abolitio. ꝛ. l. vel ob rem. ꝛ. l aut ꝓuatum. et. C. ſi reus vel acc. mor. l. ij. ꝛ. l. defunctis. Et illa q̄ nullo mō poſtulāte ꝓcedit. a ſolo ꝓncipe indulget. et illa inducit ferias repentinas. Alia q̄ fit accuſatoꝝe poſtulante. a q̄libet ordinario qui de crimie ꝓgnoſcebat tribui pōt. nō a delegato: ſ̄. l. j. §. abolitio. Ubicunq; autē accuſator petit abolitōem. ꝓpterea q̄ ab accuſato accepit pecuniā vt deſiſteret: non eſt ei abolitio danda niſi accuſator accuſauerit cognatas ꝓſonas vel accuſauerit ꝓſequēdo iniuriā ſuā C. e. l. pe. ¶Ham quāto facilius admittit ꝓſequendo iniuriā ſuā vel ſuoꝝ. tanto magis eſt venia dignus: ſed in alio caſu ob retinēdum amorē ꝓpinquoꝝ. id ei ꝓcedit. In ꝓdicto autē caſu q̄ recepta pecunia deſiſtit: dolus ſuus et fallacia ſibi obſtant. accuſatoꝝ em ſp eſt illicitū pecunia deſiſtere. ſ̄. e. l. ab accuſatōe. ꝛ. C. e. l. ſi femia. niſi in ꝓdictis duobus caſib⁹. Et eſt notandū q̄ abolitio ꝓncipis non habet locum in illis crimībus in quibus accuſanti ꝛ accuſato incumbit ꝓbatio. ſ̄. e. l. pe.

De requirendis reis ꝛ abſentibus dānandis

Tantū eſt ꝓuilegiū abſentium. vt diui impatores noluerunt abſentes puniri aut damnari: nec em ratio patit equitatis quēq̄ dānari inaudita cā. etiā lite ꝓteſtata. vt. C. e. l. j. niſi in caſu. C. de pe. l. ne diu. ꝛ fa. ſ̄. de pe. l. abſentē. ꝛ. C. de accu. l. abſentē. Ubi ergo grauior pena venit irrogāda non eſt abſens ꝓdemnandus. ſed ꝓus requirendus vt copiā ſui ꝓeſtet et

bona eius describanꝫ in publicum in quo fuaꝫ talis ordo: ℘rimo eꝝ debet requiri ad instar ciuilis accois vt no. s. de pub. iudi. l. inter. Secundo bona annotanꝫ: dicēdo oia bona pono in banno fisci nisi venerit ꝯ annum et describanꝫ vt. ꝯ. l. fi. ⁊ ab hac sentētia ꝓdictionali potest appellari. vt. C. si pen. app. l. ei⁹. fisc⁹ tn̄ non occupat de facto ista bona nisi post annum vt. ꝯ. l. ij. ⁊ l. fi. Tertio item req̄rit ꝑ edicta publica: ⁊ ex quo in notescere potuit sibi cōputaꝫ ān⁹. ꝯ. e. l. ān⁹. q̄ si itra annū mortu⁹ sit: crimis cā expirat et perit. ⁊ bona ei⁹ ad successores trāsmittunt si saltem reus requisitus: intra annū iudicē adierit: ⁊ satis obtulerit ō stando iuri vt. ꝯ. l. j. in fi. ⁊. C. e. l. j. C. si pen. app. l. ei⁹ qui. Nisi sit crimen quod morte nō extinguatur. s. ti. j. l. in senatus. §. si ꝑpter.

De questionibus.

In criminib⁹ seruandis et inuestigādis solet adhiberi q̄stio. Est aūt q̄stio inquisitio veritatis ꝑ tormēta. Nuda eꝝ interrogatio vel leuis territio nō ꝑtinet ad hunc tractatum. s. ad syll. l. j. §. q̄stionem. vel sic. q̄stio est tormentū vel corporis dolor: ad eruendam veritatem adhibit⁹. Et verbo questionis ꝑtinebiꝫ etiā ea q̄ malam mansionē dicim⁹ id ē carcer. Quando igitur ꝑ vim vel ꝑ tormēta interrogationes fiunt: tunc q̄stio intelligitur vt. s. de iniur. l. itez apud §. q̄stionis ⁊. s. de rei. ven. l. cū supuenis. Quando aūt vel q̄tenus hoc faciendū sit hoc ti. tractaꝫ. Nā diu⁹ augustus ꝓstituit nō esse a tormentis inchoandū Sz tunc q̄n suspectus ē reus vel alijs indicijs vel argumentis ꝓbatio adiuuatur. vbi aūt nō sūt indicia non est facienda q̄stio. Nam q̄stio est res fragilis ⁊ periculosa: q̄ veritatem fallit. Nā plerīq; patientia siue duricia: ita tormenta ꝓtemnūt vt exprimi ab eis veritas nullo mō possit. Alij tante sunt impatientie: vt in quis mentiri: q̄ pati tormenta velint. ⁊ ita fit vt etiam vario modo fateanꝫ vt nō tm̄ se: veꝝ etiam alios criminenꝫ. Requirūꝫ ergo ad questionē tria ℘rimo q̄ veritas aliter haberi nō possit: nā tormentū inferꝫ causa inuestigandi veritatē et in subsidiū. vt in. l. diu⁹ pius. ꝯ. e. ⁊. v. q. v. c. illi. Secundo req̄ritur q̄ precedant aliqua indicia siue p̄sumptiones vel semiplene ꝓbationes. Nam sine indicijs nō est inferenda q̄stio. vt in. l. ex libero. ꝯ. e. Tertio req̄ritur q̄ quis ꝑseueret in ꝓfessione in tortura facta: id ē q̄ extra locum tormentoꝝ iterum ꝓfiteaꝫ ratificando priorem ꝓfessionem. ita tn̄ q̄ nō ex indicijs videat ista tormenta: alias videtur fecisse metu tormentoꝝ. vt in. l. ij. ⁊. ibi bar. ꝯ. e. ⁊. xv. q. vj. c. j. ⁊. xxxj. q. ij. lotarius. Et dicitur questio a querendo quia iuder ꝑ tormentum inquirit veritatez. Et dicitur tormētum q̄si torquēs mentē: a torqueo. ita no. ꝑ doc. in. c. in ꝓtemplatione de regu. iu. in dec.

De penis.

℘ena est delicti vel delictoꝝ satisfactio: q̄ lege vel ministro legis imponiꝫ. Et certū est q̄ imponiꝫ ꝓpter delicta. Sed in his attendiꝫ vtrū delictum ꝓueniat ex animo: an nō. Si eꝝ ex animo nō ꝓueniat: plerūq; nullo modo puniꝫ: maxime si casu: vt venando. vel impetu vt ꝑ furorē forte

vel ebrietate cõmittat. vt. ſ. ad. l. pom. de par. l. pe. ⁊ ff. off. pf. diu. ff. e. l. reſpiciendum. Et aliquando punit leuius. vt cum laſciuia vl malo exemplo cõmittitur vt. ſ. ad. l. cor. de ficc. l. iij. §. ſi ex. ⁊. l. iij. §. j. ⁊ ff. e. l. abſentem. §. vl. Et ſunt ſeptem genera penaꝝ quibus iudices aliquẽ afficere poſſunt. Quedam em̃ pene vitã adimunt: aut ſeruitutẽ iniungũt: aut ciuitatem auferunt: aut exilium: aut coherciõnẽ corporis continẽt: vel fuſtium ammonitionẽ: vel flagellorum caſtigationem: vel vinculoꝝ verberationem: aut damnum pecuniariũ cum infamia: aut dignitatis alicui⁹ depoſitionem: aut alicuius actus prohibitionẽ de quibus in. l. ſi quis forte in fi. cum duabus ſe. ff. e. Capitalium autem penaꝝ iſti ſunt gradus. Mã ſum mũ ſupplicium videtur ad furcam damnatio. Item viui cõcrematio. Item capitis amputatio. Item ad beſtias ſubijci. Deinde prima mortis pena eſt metalli cohertio: in inſulam deportatio. vt in. l. capitalium. ff. e. Eſt et aque ⁊ ignis interdictio. vt. ſ. de pub. iudi. l. ij. Eſt ⁊ alia pena ff quã. C. de mathe. l. ⁊ ſi excepta. Eſt et alia. ſ. ad. l. pom. de par. l. pe.

De bonis damnatorum.

Quicũq; ſupplicium id eſt mortem naturalem: vel ciuitatis vel libertatis amiſſionem patit: eius bona publicant. vt. ff. l. j. ⁊. C. e. l. in metallum. niſi in quib⁹ caſibus no. in. l. j. ⁊. C. ff mul. q. f. ppzi. l. j. ⁊. C. ff rap. vir. l. j. Jure autem nouiſſimo locuꝫ habet quod dicit in auc. vt nulli. iudi. §. ff. Qꝫ autem dicitur damnati bona publicari diſtinguendũ eſt vtrũ ſeruus fuerit. tunc locum habet ler. j. §. ſi liber. C. e. An filio⁹ fa. quo caſu non aufertur patri peculium etiã ſi erat caſtrenſe. C. e. l. ſi filius. An fuerit paterfa. ⁊ tunc refert an curialis: an non curialis fuerit. Si curialis ⁊ habet filios maſculos ⁊ non filias: filij omnia habent. Si filias tm̃. ipe habẽt dimidium ⁊ curia reliquã dimidiam. Si filios habet ⁊ filias: filij ſoli habent vnam dimidiam. et cum ſororibus ſuis aliam parcianc dimidiam p virili portione. vbi autez non eſt curialis publicant omnia: ſed princeps ex equitate ꝓcedit dimidium liberis damnati. ⁊ quãdoq; omnia ſi magnus ſit numerus liberoꝝ. Sed vbi dimidia tm̃ publicatur nihil ꝓceditur liberis vt in. l. j. ff. e. in fi. ⁊. l. vl. §. ſi plures. patrono autem non diminuitur ſua portio damnato liberto. ff. e. l. vl. §. ſi libertus. Jn publicatione autem bonorũ ſciendum eſt q; hodie non fit ſi damnat⁹ habeat cognatos vſq; ad tertium gradum incluſiue. Jn crimine maieſtatis nil innouat.

De bonis eorum qui ante ſententiã mortem ſibi ꝓſciuerint vl accuſatorem corruperint.

Nunc de bonis quaſi damnatoꝝ: id eſt eoꝝ qui mortem ſibi infligunt. Super quo diſtingue. vtrum ꝓſcientia delicti aliquis infligat ſibi mortez an alia cauſa. vt impatientia doloris: vel ob pudorem eris alieni. ⁊ in his certum eſt non auferenda bona. Sed in primo caſu diſtinguit: an erat ta-

le crimen ob quod non erant publicanda bona. puta furtum: et tunc non auferuntur bona heredibus. an casu quo erant publicanda et tūc aut erat tale crimen cuius accusatio poterat inchoari post mortē vt repetū. pecul. ī. l. ma. ī auferunt heredibus bona. Si autē nō poterat ichoari post mortem: ī non auferunt bona. nisi cōsciuerit sibi mortem post litem ꝓtes. vel postꝫ fuerit in scelere deꝑhensus. ī. de iure fis. l. in fraudem. §. ij. ī. iij. ī. §. de iniuf. rup. tes. l. si quis exheredato. §. sibi autem. ī. ī. e. l. vl. vsq; ad §. vl. ī. C. e. l. j. ī. ij. Jn capitalibus criminibus q̄ penam mortis ꝓtinent non nocet aduersarium corrumpere. Nam ignoscendum est ei qui sagui= nem suum q̄litercūq; redemptū ꝑ pecuniam voluerit. Jn his autē crimi= nibus q̄ sanguinem non infligunt: qui aduersariū suū corrupit: hoc est ac cusatorez. punit. vt. §. de ꝓcua. l. fi.

De interdictis et relegatis ī deportatis.

Tripler est exilium. aut certoꝝ locorum interdictio. vt aliquis bononie vel mutine non stet. Aut lata fuga: vt omniū locorum interdicat ꝓter cer tum locum. puta vt stet mutine tantū: vel bononie. Aut insule vinculuz: id est relegatio in insulam vbi non stat cum hominibus. Relegatoꝝ duo sunt genera. Sunt quidam qui in insulā relegant. ī sunt qui simpliciter vt prouintijs eis interdicat: non etiam insula assignetur. Et hec est diffe rentia inter relegatos ī deportatos. q̄ in insulam relegari ī ad tempus ī in ꝑpetuū quis potest. Et talis ciuitatem romanā retinet: ī testamenti factionem nō amittit. Et si ad temp⁹ relegat: neq; tota bona neq; pars ei adimitur. Deportari autē non nisi in ꝑpetuū quis potest. et talis familiā perdit ī ciuitatem ī bona sua. ī. e. l. relegati. ī. l. relegatorum. §. hec diffe rentia. Est em̄ deportatio damnatio in insulam ob aliquod crimen capita le animo ꝑpetuo ibi manendi. Et illa dicitur mors ciuilis: et compatur morti naturali in illis ī quib⁹ mors ciuilis habet eundez effectum cū mor te naturali. vt in adeūda hereditate. bonoꝝ poss. instituendo heredē ī. perdunt em̄ ea q̄ sunt iuris ciuilis: vt testari ī similia. Ea vero q̄ sunt iuris gentium retinent. vt in. l. quidā. §. de pe. ita dicit glo. ī. c. placuit. ij. xvj. q. j. Jnterdictio autē est extra eam ꝓuinciam in qua quis domicilium ha bet: vel in qua incola est ꝓhiberi amplius morari. vel extra patriam suaz mitti. Et interduz solet etiam ꝑ sententiaz quibusdam interdici: ne intra patrie territoriuni vel muros morent: vel ne excedant patriam: vel vt in vicis quibusdam morent aut suburbijs vt fit Basilee. Jtem ꝓstituti in bo noribus solent aliquando vel ad temp⁹ vel in ꝑpetuum interdici honore vel ne penitus honorem adipiscāt. vt in. l. relegatoꝝ. ī. e. ī.

De sentenciā passis ī restitutis.

Passi sententiā dicunt: quib⁹ ob atrocitatē crīs aliq̄ ex solēnib⁹ penis ꝑ sententiā inflicta est: vel iuncta. vt ē vltimū supplicū: fuit⁹ pene: dam natio in metallum: deportatio: ī siles: tales em̄ ꝑ sentētiā damnati dicūt fieri serui pene: Supplicium enim eoꝝ dominus est vt in. l. ij. §. de his q̄

ꝑ non scrip.ba. licꝫ iure nouissimo nemo ingenuus bene natus fiat ser⸗uus ex supplicio .vt in auē ō nup.§.qꝫ vero.ꝛ.§.ꝙ autem coll.iiij. qō quo mō intelligi debꝫ no.glo.in auē.ſꝫ hodie.C.de dona.inter vi.ꝛ vx. Et tales ſi ex indulgētia ꝓncipis reſtituti ſint: ꝑ omnia priſtinū ſtatum recipi⸗unt ſcꝫ q̄ntum ad honores vel ordines ꝛſilia vt.C.e.l.j.ꝛ etiā ad patriā poteſt: tē vt iſti.qui.mo.ius pa.po.ſol.§.cū aūt.Eſt tñ differētia quib⁹ x̄ bis ꝓnceps vtaē.Hā ſi dicat reſtituo te: tunc ad oīa videē reſtitutus vt.ē dixi.qꝫ verbū reſtituo generale eſt.l.videam⁹.§.in fauiana.ē.de.vſur.ꝛ iu.l.fi.in fi.ī.de x̄.ſig. Sin aūt dicat indulgeo tibi: quo caſu de pena tm̄ remittēda cogitaſſe videē.C.e.l.generalis.ꝛ.l.tutor.ꝛ.l.cū indulgētia. ꝛ.C.de genera.aboli.l.fi.qꝫ pena pōt demi: culpa ꝓhennis erit: id eſt ma⸗la fama.vt dicit ibi glo.

De cadaueribus punitorum.

Corpora eoꝝ qui capitali crimine damnati ſunt cognatis vel q̄buſlibet pete⁹ntib⁹ ad ſepulturā danda ſunt: ꝛ nō negāda: Immo etiā corpora exu⸗ſtoꝝ peti pōt: ſcꝫ vt oſſa ꝛ cineres collecta ſepulture tradi poſſunt. Tamē hoc debet fieri ex indulgentia a ꝓncipe petita ꝛ conceſſa. Sic ꝛ Joſeph pe tijt a pilato corpus xp̄i. vt dicit glo. in.l.j.ī.e.ꝛ.fa.C.de relig.l.obnoxi⸗os. Aliqñ tamē nō ꝓmittit̄ maxime in damnatis cauſa leſe maieſ. vt in.l. j.§.hodie.ī.e.de hoc.xiij.q.ij.q̄ſitum. ꝓhibentur etiam ſepeliri incēdia⸗rij. xxiij.q.viij. de incendiarijs. Item mortui in tornicamento. Item qui ſe ipōs iterficiūt.ꝛē. vide.bonā glo.ꝛ ibi no.ꝑ doc.ī.c.ex pte.ij.ō.ſepul.

Liber quadrageſimus nonus et vndecim⁹ huius.

De appellationibus et relationibus:

Emo eſt qui neſciat: q̄ frequēs q̄q̄ neceſſarius eſt appella⸗ di vſus: Nam ꝑ eum vel iniquitas iudicantium damnoſa: vl' impicia negligentiū corrigit̄.l.j.ī.e.licet nōnūq̄ bene latas ſententias in peius reformet. neq; em̄ vtiq; ſemp melius ꝓ⸗nūciat qui nouiſſim⁹ ſententiā laturus eſt. Eſt aūt appellatō fm Azo. ſen tentie a minori iudice late ꝑ inuocatōez maioris iudicis: ꝓtextu iniquita⸗tis prime ſententie: reſciſſio. ē. de mino.l.ꝓfecti.ꝛ ad turp.l.j.§.vl. Vel ē ab inferiori iudice ad ſuperiorem gradatim facta ꝓuocatio. vt dicit glo. in.c.ij.de conſuetu.li.vj.ꝛ ij.q.vj.anteriorum. Relatio vero eſt remiſſio cauſe ad ſuperiorē facta. Et eo ipſo q̄ iudex dicit referre velle negocium: non pōt ammodo cognoſcere. vt.C.de rela.l.j.ꝛ.C. de app.l.ex illo. Et

debet iudex illico relationis ex emplū litigatoribus edere. c. int̄ masti de app. ⁊ in .l.ij. ⁊. iij. C. de rela. Appellare potest ille qui est ꝑdemnat⁹: sit vnus vel plures. C. si vnus ex plu. app. ⁊. c. ab vno de app.

A quibns appellari non licet.

Supuacuum est admonere a quibus non licet appellari. quia omnes sciunt non esse a principe appellandu3: cuj ipe sit q̄ ꝓuocaē. vt. ſ. l. j. ⁊ in auē de sanc. epi. §. j. ſ3 ab eius rescripto bene appellaē. vt. s̄. ti. j. l. j. §. j. ⁊ C. e. l. non est nouum. Interdū etiam impator ita solet iudicem dare. vt non liceat ab eo ꝓuocari. ⁊ tunc non appellaē fm leges. Secus iure canonum. vbi sola friuola appellatio. p hanc clausulam app. re. remouetur. vt no. in. c. pastoralis. de app. ⁊ ponit glo. fi. ſ. e. l. j. Item qui ante sentēciā ꝓfessus in iudicio fuerit se non ꝓuocaturu3: vel qui extra iudiciū cum aduersario suo paciscē: indubitate auxiliu3 appellatiōis ꝑdit. vt. ſ. l. j. §. fi quis. ⁊. C. de temp. app. l. fi. in fi. An autē ab arbitris appellari possit ⁊ a quibus no. ſ. l. fi. et est hodie clare expeditū in. c. ab arbitris ō off. dele. li. vj. Item a senatu non appellaē. Itez non appellaē a sentēcia ꝓfec. ꝓto. s̄. de sen. p. p̄.

Quis ⁊ a quo appelletur.

Appellare quis potest a diffinitiua sententia: non ob interlocutoria: ni si in casu cum iudex q̄stionez in ciuili negotio vel criminali habēdaz ꝓtra leges interloquutus est. ſ. de app. reci. l. ante sententiā. Et est hoc intelligēdū ō q̄stiōe q̄ fit p tormēta nō de q̄stione p̄ncipali: q̄ iudex interlocutoria sententia diffinitur. s̄. ti. pr. l. vl. Item potest appellari a tota sententia ⁊ a certo capitulo eius. ⁊ si appelleē ab vno capitulo: non rescindunē ideo alia: nisi sint ꝓnexa. s̄. de mi. l. etiam. §. ex causa. vbi autē quis damnatus ex pluribus facinoribus ꝓpter q̄dam appellauit: ꝓpter quedaz nō si quidez appellauit in grauiori: differē pena in leuioribus. Si vero appellauit a leuiori: grauiū pena est omnino imponēda. ſ. nihil noua app. pen. l. j. §. vl. Item potest appellari a ꝓsultatiōe. Item potest appellari ab inqua interpretatione sententie. si tamē is habuit potestatē interp̄tādi. veluti procurator cesaris: ⁊ preses ꝓuincie. Ita tamē vt in causa appellationis reddende hoc solum q̄ratur an iure interp̄tatu3 sit. ſ. e. l. ab executore. Item potest quis appellare a sentēcia iudicis ordinarij. Item a sententia iudicis delegati licet delegatus sit a principe vt dixi. s̄. ti. pr.

Quando appelandū sit ⁊ intra q̄ tempora.

Appellatio fit apud acta: sola voce vel dicto: Si dicat appello. Si autē non apud acta quis appellat. libellus appellatorius offerēd⁹ est: ei a quo appellatum est: si est eius copia. Alioquin ei quem appellat. s̄. de app. l. j. ⁊. ij. ⁊. C. e. l. litigatoribꝫ. ⁊. l. eos. §. sin autem. ⁊. ſ. e. l. j. §. dies. ⁊ §. si.

quis Libello autem appellationis porrecto iudici: si quidem recipiat bene est. tunc enim et ipse iudex dare debebit libellos dimissorios siue appostulos. ſ. xxx. dies etiã nõ petẽte appellatore. ſz appellator cũ instantia debet petere. ſ. de libel. dimiſ. l. j. quod si non fecerit imputatur ei: licet iudex malefecerit qui non dedit ei. C. de app. l. eos. §. appellatiões. ꝛ. l. iudicibus. Si vero non debuit eam recipere quod ex multis causis ꝓtingere potest. ſ. de app. reci. l. vl. ꝛ. C. quoꝝ app. non reci. nihil sibi preiudicat. Immo qui temere appellauit punitur in quinquaginta libris argẽti: et infamatur et mediocrem ponam corporalem subibit. C. de app. l. eos. §. super his ꝛ. l. a ꝓ consulibus. et. C. quoꝝ. app. nõ reci. l. ab executione. §. vl. Fiebat olim appellatio infra biduum in ꝓpria causa: quod cõputabat a die late sententie. Jn aliena autem causa cõputabatur triduum. ſ. l. j. §. biduum. ꝛ. §. dies ꝛ. §. in ꝓpria. ꝛ. C. de app. l. eos. §. sin autem. Hodie vero decendiũ est iudultum ad appellationẽ faciendam a recitatione sententie numerandum vt in auẽ de app. et intra q̃ tempora. j. rño. quod tempus non currit nisi a tempe sententie et sciẽtie. C. e. l. j. ꝛ. C. quo. ꝛ quando iudex. l. ab eo.

De appellationibus recipiendis vel non

Non omnes appellationes recipiuntur: sed he solum q̃ fiunt ab his q̃ interest: vel pecuniarie. vt. s̃. de app. l. iiij. §. j. vel affectione. vt. s̃. ỏ app. l. non tantũ. vel quibus mandatũ est vt ꝑcuratores uel qui negociuz alienum gerunt: quod mox reus ratuz habet vt. ſ. l. j. Item qui friuole vel sine causa appellat non auditur. ut in. c. vt debitus de app. Jtez vbi res dilationem non recipit: non ꝓmittitur appellare. s̃. de. app. l. ꝓstitutiones veluti ne testamentũ aplaẽ. vt. C. e. l. quisquis Item ne frumentũ in vsuz militum ꝓtrahatur. C. e. l. fi. Item ne scriptus heres in possessionẽ iducatur. Jtem si ex ꝑpetuo edicto aliquid decernaẽ: non ꝓmittitur appellare quo minꝰ id fiat. Jtem quo minꝰ pignus vendere liceat appellari non ꝓt ſ. e. l. fi. Item non appellaẽ post lapsuz decendij in auẽ de app. §. ꝛ scimus coll. iiij. nisi ratione etatis vel alicuiꝰ cause ꝓtinentis ad titulum in integrum restitutionis interueniat. s̃. de in integ. resti. l. vl. ꝛ. s̃. de mino. l. ait pretor. Jtez non appellaẽ ab executione vel executore sententie. nisi in casu q̃ excedit modũ indicationis: vel quando nimis cito exequiẽ sententiam. vt. s̃. de app. l. ab executore. ꝛ. C. e. l. ab executione. Jtem non appellaẽ a nominatione muneris publici vtilitate ꝓuata: vt tutele vel cure. nisi quando reꝓbatur executio. s̃. qñ app. sit. l. j. §. si quis. ĩsti. de excu. §. qui autem. Jtem non appellaẽ a sententia ꝓdemnatoria criminis: cũ publice interſit statim puniri damnatos vt sunt insignes latrones: ꝛ seditionũ ꝓcitatores vel duces factionũ. s̃. de app. l. ꝓstitutiões: idẽ ẽ in raptu seminarum. C. de rap. vir. l. j. §. sin autem. Jtez nõ appellat is quẽ publice ꝓstat esse debitorem. eo apte manifeſteq̃ conuicto. C. e. l. vl. Item nec appellat quictus is: a quo fiscalis calculi satisfactio postulaẽ: aut tributarie functionis solemne munꝰ exposcit. C. e. l. abstinendũ. Item non appellat quis tercio in eadem causa. secundo vero regulariter appellat. C. ne liceat in vna eademq̃. l. j. Jnterdũ semel tm̃ appellaẽ in auẽ. de sanc. epi. §. si quis. Et. C. de app. l. in offerẽdis.

Digestum Nouum

De libellis dimissoriis qui apostoli dicunt.

Post appellationē interpositam: iudex a quo appellatū ē litteras dat ad eum qui de appellatiōe cogniturus est: quas litteras dimissorias siue apostolos appellant. Sensus aūt litterarū talis est: appellasse uiciū a sententia illi⁹ q̄ inter illos dicta est. Jdeo a meo iudicio illū dimitto: ⁊ ad uestrum examen dirigo: ad quod .ff. de ✠. sig. l. dimissorie. Sufficit aūt petere apostolos instanter ⁊ sepius intra statuta tempora: id est xxx. dies: a die late sententie vt. C. e. l. iudicibus ⁊ in. c. ab eo. de app. li. vj. ⁊ si iudex non det protestet appellans hoc ipsum ⁊ non nocebit ei ex quo p eius nō stat. C. de app. l. eos. §. apostolos. ⁊. ff. l. vna in fi.

Nihil nouari appellatione interposita.

Appellatione interposita: siue ea recepta sit siue non: medio tpe nihil nouari debet: puta executio sententie: uel quid simile. et hoc ex duplici capite. Nam si fuerit recepta appellatio: ex eo q̄ recepta est. vt in auc. vt cū de app. cog. in pn. ⁊ in auc. vt nulli iudi. Si uero non est recepta: tunc nihil debet nouari: ne p̄iudiciū fiat appellatiōi: quousq̄ deliberet utrū recipienda sit appellatio: an non. Recepta aūtē appellatiōe: tādiu nihil erit innouandum: q̄diu de appellatione ꝓnunciatū sit ut⁊ iusta sit uel non. vt ff. ti. ij. l. sciendum. uel donec lapsa sint fatalia: quia tunc firma est sententia prima. C. ō temp. app. l. fi §. illud.

Que sentēcie sine appellatione rescindunt.

Aliq̄n ꝓtingit q̄ sentēcia lata. etiam si grauamē pti inducat: rescindit tñ q̄uis ꝓuocatū nō fuerit. vt cū ꝓtra sacras ꝓstitutōes iudicat: appellatiōis necessitas remittit. vt. ff. de app. l. si exp̄ssim. fall. hoc in certis casib⁹ no. ff. l. j. §. ꝓtra cū itē p glo. Jtem cū q̄s ꝓdēnat ex edicto pemptorio: q̄ neq̄ solennit ꝓpositū ē vt debuit: neq̄ in noticiā puenit absentis. talis em̄ sentēcia vt ꝓstitutōes ōmōstrāt: nulli⁹ ē momēti vt. ff. l. j. §. cū ex edcō Jtē si error calculi in sentēcia esse dicat: appellare nō ē necesse. Jtē si q̄s ꝓdemnat in reb⁹ q̄ tpe dicte sentēcie nō fūt in rer̄ natura. Jtē si q̄s ꝓdēnat in reb⁹ q̄ in būanis nō sint: q̄ tpe iudex dat⁹ ē. Jtē si ipossibile sit pceptū iudicis ipossibilitate iuris uel nature vt. ff. l. ij. ⁊. iij. Jtē nulla ē sentēcia cū nō iudicauerūt oēs q̄ debuerūt iudicare. puta ex duob⁹ ōlegatis alt̄ sine reliq̄ iudicauit. C. e. l. cū mgr̄at⁹. ⁊ in auc. vt iudi. non expec. sacras. iuss. §. si aūt duo. ⁊. ff. de arb. l. sicuti. Jtē nulla ē rōe excesse mete in mulctādo vt. C. e. l. certa. ⁊. de modo. mulc. vel rōe excessi tpis in iudicādo vt si erat delegat⁹ dat⁹ vt ꝓnūciaret ad certū diem. C. e. l. cū nō eo die. Jtē nulla est rōe p̄cij: si lata ē p pecuniā. C. e. l. venales. Jtē decretū nominatiōis ē ipo iure nullū ꝓpē ꝓuilegiū minoris etat̄. vel veteranor̄. vt. C. e. l. pe. ⁊. vl. Sūt ⁊ alij modi plēs q̄b⁹ sentētie ē nulla ipo iure; q̄. no. C. de sen. Et quo. ⁊ quan. iudex.

An p aliū cause appellationū reddi possunt.

Jn cauſ vel reb⁹ pecūiarijs etiam p aliū cause appellatiōis reddi p̄nt. Sin autem non sit pecuniaria causa; sed capitalis: per procuratorem agi

non licet. ff. de pub. iud. l. pe. §. ad crimen. Sed et si ea causa sit et qua sequi solet pena vsq; ad relegationez exclusiue: incipiendo pputari a capitali descensiue: non opotet p alium causas agi: sed ipm̃ principalem psonaliter auditoziu adesse debere. Sed si pecuniaria causa est: et q̃ ignominia sequit: potest p procuratoz̃ hoc agi. Et generaliter q̃ causa p alium agi non potest: ei⁹ nec appellatio p alium agi pcedit. vt. ff. l. j. in fi. Que autez cause p alios agi possunt ponit glo. ff. l. j. §. j. in verbo ignominia et glo. in. c. j. de iudi. li. vj.

Si tutor vel curator vel magistratus creatus appellauerint

Hi qui ad munera publica nominati et electi appellauerit: si legittimas causas non pbauerint periculo eoz erit quicquid damni p moram appellationis rei pub. acciderit. Si aũt apparuerit eos necessario appellasse: estimabit pses vel princeps: cui sit hoc damnũ ascribendũ fa. ad hoc. ff. de app. l. imperatozes. §. si magistratus. et. C. quãdo app. sit. l. j. §. alia

Eum qui appellauerit in puincia defendi

Qui appellauerit si appellationis causa peregrinet animo psequendi vel exercendi appellatoez: in puicia sua defendi debet in alijs causis: nec habet necesse se psonaliter defendere aut psonaliter respondere. hoc em̃ illis pstatur ne necesse habent se defendere: q̃ reip. causa absunt. ff. l. ij. tamẽ si non defendant: fit missio. et vendicio bonoz eius. vt. ff. qui ex causa in poss. eat. l. ad cognitionẽ.

Apud eum a quo appellatur aliam causam agere cõpellendum.

